

Xavier, Hieronymus
داستان مسیح = Historia Christi/ persice conscripta, simulque multis modis contaminata a P. Hieronymo Xavier, latine reddita & animadversionibus notata a Ludovico de Dieu .— Lugduni Batavorum· Ex Officina Elseviriana, 1639.

[22], 636p.

Bound with two others books.

Persian-Latin.

1. Jesus Christ - Biography. I. Dieu, Ludovicus de, the Elder. tr. II. Title.

۱. عیسی مسیح. الف. ویه، یرونیموس. داستان مسیح. ب. عنوان: داستان مسیح.

داستان مسیح

HISTORIA CHRISTI

PERSICE

Conſcripta, ſimulque multis modis
contaminata,

A

P. HIERONYMO XAVIER, Soc. Jeſu.

LATINE

Reddita & Animadverſionibus notata

A

LUDOVICO DE DIEU.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officina Elſeviriana, A° CIↃ IↃ CXXXIX.

Amplissimo, Consultiss. ac Spectatiss.

REIP. FLISSINGANAE
MAGISTRATUI,

D. BONIFACIO CAEW, J. U. D. atq; Urbis Prætori.

D. PETRO CASPARI, } CONSULIBUS.
D. IACOBO SCHOT, J. U. D. }

D. NICOLAO IOHANNIS Honich, }
D. CASPARO DE MAECHT, Societatis Indiæ Occid. Curatori, }
D. ARNOLDO LONQUE, }
D. CORNELIO LAMPSENS, }
D. BALDUINO MELSEN SCHOT, Societatis Indiæ Occident. Curatori, } SCABINIS.
D. IOHANNI CARDON, }
D. MICHAELI à GOCH, J. U. D. }
D. ADRIANO ALTENA, J. U. D. }
D. ANTONIO COPPAL, J. U. D. }

DENIQUE

D. ARNOLDO ALTENA, J. U. D. ac Urbis Secretario. Societatisq; Indiæ Orientalis Curatori.

S. P.

Ampliſſimi, Conſultiſſ. Prudentiſſimiq; Viri,

ETſi vigeſimus jam agatur annus, ex quo Leydenſi Eccleſiæ, quæ tum graviter laborabat, inſigni quadam veſtra charitate conceſſus, à vobis, id eſt, à patria urbe abſum, atque in Batavis dego, dulcis tamen ſemper fuit, atque etiamnum eſt, patriæ memoria. quæ ut arcana cunctos dulcedine quadam ducit, ſic me immemorem ſui eſſe hactenus non ſivit, nec ſinet unquam. ſic enim eſt ſententia, ſummas in affectu partes jure ſibi uſurpare terram quæ genuit, eâque nihil charius in vita eſſe oportere, præſertim ſi cum vita, magna etiam beneficia dederit. Veſtra urbs eſt, quæ parentem meum piæ memoriæ Danielem de Dieu Bruxellanum, virum piis omnibus atque eruditis charum, quum annos aliquot Bruxellis miniſterio verbi functus, expugnatâ à duce Parmenſi urbe, alias quærere ſedes cogeretur, benignè excepit, ad miniſterium Eccleſiæ ſuæ vo-

cavit, viginti duos annos, donec mors vitam clauderet, amanter habuit, ac munifice fovit. Quæ filium ejus primogenitum, Davidem de Dieu, juvenem doctiſſimum, ſed funeſta phtiſi brevi extinctum, ſucceſſorem patri in ſacro miniſterio accepit. Quæ me non tantum in lucem edidit, ſed & in ſtudiis, publicis ſumtibus, benignè aluit, tandemque Eccleſiæ paſtorem vocavit, ac per biennium tenuit atque amavit, donec à Lugduno-Batava Eccleſia vocatum, veſter in publicum Eccleſiæ bonum amor dimittendum eo judicaret. neque tædet fratris mei minoris natu recordari, Cornelii de Dieu, qui in urbe veſtra vitam nactus ac educatus, quum decennium Eccleſiam Chriſti verbo Dei in Batavis paviſſet, ibidem vitam cum morte commutavit. Juvat quoque, oblectatque animum meminiſſe ſuaviſſimæ illius atque arctiſſimæ amicitiæ, quæ inter præfatum meum patrem, & honeſtum urbis veſtræ civem ac Scabinum, Henricum Bogardum, dum viveret uterque, interceſſit. cujus ego poſt parentis obitum hæres factus, & per filiæ conjugium in familiam aſcitus, eo ſæpius & ſuavius de urbe veſtra cogito, quod in ea, & vicinis locis, non pauci re-

ſtent ex eadem familia affines, uxoris fratres, cum quibus, ut eſt aëris veſtri genius, tam ſuavis eſt & liberalis convictus, ut nihil dici poſſit dulcius. Vtinam vero in vivis ſupereſſet illorum unus, ille alter ego, indivulſus meus à teneris Achates, Guilielmus Bogardus, qui ſtudiorum meorum, tum trivialium, tum Academicorum ſocius, ac deinde peregrinationis meæ per Galliam individuus comes, mihi Lugdunum dimiſſo, in Eccleſiæ veſtræ miniſterio ſucceſſerat. Quæ omnia, ut potenter animum meum atque affectum in urbem veſtram trahunt, ſic nullum grati in eam animi documentum extare haud ſiverunt. Neque enim ea eſt, Viri Ampliſſimi, urbis veſtræ obſcuritas atque ignobilitas, ut me ei ortum meum atque educationem debere aut pœniteat aut pudeat. Quin glorior potius, ex ea me civitate genus ducere, quæ prima tyrannidis Hiſpanicæ jugum excutere auſa, Ducis Albani conſanguineum patibulo decoravit, & Belgicæ libertatis, qua adhuc felices vivimus, fons exſtitit atque origo. eamque deinceps non minori conſtantia quam fælicitate ita juvit ac promovit, ut prœliis navalibus, quæ & plurima & maximis auſis ſic ſuſcepit, ut ſemper feliciſſimè

confe-

confecerit, quam plurimũ de Confœderatarum Provinciarum incolumitate ſit merita, immortale ſibi per omnes orbis gentes nomen acquiſierit, & ſola ſui memoria hoſtium terror evaſerit. Quocirca, committendum non duxi, ut tam præclaram, tantiſque meritis ornatam matrem, prolis ſuæ, quam genuit atque educavit, pæniteret ac puderet. Sed eo ſemper animum meum ac ſtudia converti, ut haberem quo illuſtrem meam patriam illuſtrare & ipſe poſſem. Ereptus vobis nimis immaturè jam dudum pręclarus ditionis veſtræ fœtus Adrianus Guilielmi, quem ut intimum habuit, ac cordis ſui inſtar amavit magnum illud Reipubl. literariæ lumen Iſaacus Caſaubonus, ſic Academiæ noſtræ olim decus, & Arabizantium princeps Thomas Erpenius, abſtinere in ſua ad Proverbiorum Arabicorum centurias duas præfatione non potuit, quin debitas ei laudes daturus, *Juvenem* diceret, *cum propter inſignem probitatem, & omnigenam eruditionem, tum propter admirandos in Arabiſmo progreſſus, & laudabiles conatus, longiori vita digniſſimum.* Vixiſſet certè per ipſum veſtra urbs, ſi vivere ipſi per ſupremi numinis voluntatem licuiſſet. ut ergo vivat tam præclara meditantis, & ad

ſumma

ſumma annitentis juvenis memoria, noſtrum eſt curare. Hoc enim divitiis ac voluptatibus præſtat virtus, quod hæc etiam poſt funera vivat, illæ nunquam. neque immortalis hominis animus aſſurgere unquam ſupra vulgus, & ſapere æterna volet, ſi laudem magnorum conatuum delere valet mors, & cum vita nomen demere. quod niſi æternum ſit, magno viro, qui ſe Dei genus eſſe gaudet, non eſt dignum. Quod cum juvenis iſte præclaris ſuis auſis ſpectarit, officii noſtri, noſtræq; patriæ intereſſe putavimus, ut quanti apud doctos fuerit, atque adhuc apud nos habeatur, neutiquam celaremus. Vtinam noſtratium plures virtutem ejus atque erectum animum æmulentur! Nobis certe eos ſtimulos addidit, ut non modo in aliis Orientalium linguis, quæ non infeliciter hactenus à diverſis Europæis excultæ fuere, aliquid ante hac tentaverimus, ſed & Perſicæ, quæ nova hactenus & Europæo orbi inuſitata extitit, animum adjecerimus. ut Belgæ noſtri, qui nuſquam fere peregrini eſſe didicerunt, quid in intima Perſia, & Mogolenſi agatur regno, inveſtigare etiam & pertentare queant. Irrepunt quaquaverſum, & omnes orbis regiones, omnia regna pervadunt

Ieſuitæ.

Ieſuitæ. & indefeſſo labore quaſvis, etiam maximè peregrinas, edocti linguas, qui Sacro-ſanctum Dei verbum in omnes linguas transferri, & vernaculo idiomate plebi legendum dari vetant, ſuos libros, humanis commentis plenos, Barbaris obtrudunt, & vernaculè legendos ſedulo curant, ut dum multos Eccleſiæ Chriſtianæ proſelytos ſummo parare ſtudio videntur, filios Gehennæ eos duplo ſe magis reddant. Detegendæ ſunt hæ fraudes, comprimenda eſt horum hominum audacia. quod, niſi peregrinæ, quibus intrepidè inter Barbaros quævis, etiam ſuperſtitioſiſſima & nugaciſſima conſcribunt, addiſcantur linguæ, fieri nunquam poterit. Inciderat in manus noſtras hic ab Hieronymo Xaverio Ieſuita, in gratiam Mogolenſium, Perſica lingua conſcriptus de rebus Servatoris noſtri Chriſti liber. quem ut fabulis ac ſuperſtitionibus idololatricis refertum eſſe ſuſpicabamur, ita eas Orbi Chriſtiano nunc detegimus. quod ſicut à munere noſtro non eſt alienum, ſic nec Reipub. Chriſtianæ inutile, nec patriæ noſtræ ignominioſum fore confidimus. Vobis, viri Ampliſſimi, novum hunc laborem offerimus, ut & quo affectu in patriam urbem ſimus, &

** quan-

quantum Vestris Amplitud. pro tot in nos nostramq; familiam collatis beneficiis debere nos agnoscamus, publico testimonio testatum faciamus. Exiguum pretio scriptum damus, sed amplum gratitudine animum. quem si respicere, & quantulumcunque est quod proficisci à nobis potuit, serena fronte intueri ac suscipere dignemini, erit cur nobis laborem nostrum gratulemur. pro quo etsi nullas Authori debeatis gratias, quippe jam pridem de ipso quam plurimum meriti, ignoscite tamen, si hoc sibi deberi existimat, ut, quo eum hactenus amore estis prosecuti, deinceps prosequi non dedignemini. Faveat regimini vestro Deus Opt. Max. vosque diu Reipubl. vestræ sospites atque incolumes conservet. Datum Lugd. Batavorum, 12. Martii, Anno 1639.

Obsequio vestro devotissimus

LVDOVICVS de DIEV.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

INstituti nostri causas, hujusque scripti argumentum & modum exponere necesse duximus, benevole Lector. Quum Clarissimus summusque Theologus D. D. Franciscus Gomarus, Theologiæ Sanctæq; linguæ in Groeningensi Academia Professor, translationis novæ S. Bibliorum revidendæ gratia Lugduni Batavorum ad tempus degens, Pentateuchum Hebræum cum Chaldaico Onckeli, Arabico Rabbi Saadiæ, Persico Iacobi Tavvusi Targumin, ac R. Salomonis Iarchi commentariis, Constantinopoli editum, cujus usus ab Amplissimo Illustrissimorum Ordinum Zelandiæ Syndico D. Iohanne Borelio, vita nunc functo, sed apud eruditos, de quibus plurimum est meritus, nunquam morituro, indultus ipsi ad vitam fuerat, singulari quadam in me benevolentia, eadem qua acceperat lege, mihi offerret, neque destitissem donec ab ejusdem Borelii hæredibus, literarum ac literatorum fautoribus & promotoribus, id impetrassem, committendum non putavi ut tantus in Bibliotheca mea thesaurus inutilis lateret, tantumque in me collatum beneficium sine fructu foret. Primus is

fuit stimulus, qui ut in Persismo nonnihil tentarem impulit. Vix dum Genesin magno cum tædio, quia Persica Hebræis characteribus obscurè, inconstanter & incongruè exprimuntur, absolveram, quum è Dania redit summus amicus meus Iohannes Eligmannus, Medicus eximius, Chymicus absolutus, multarum linguarum, atque inter eas (quo in isthoc hominum genere nihil rarius) Arabicæ ac Persicæ probe callens, qui sibi, ex Bibliotheca Clarissimi & utrique nostrum amicissimi viri D. Iacobi Golii, in manibus esse ait Historiam Euangelicam, à Iesuita Persico idiomate contextam, magnoque Mogolensium Imperatori Acabaro oblatam. Efferbuit ilico animus, & qua fide (meruit enim ea gens, ut suspectæ ubique fidei habeantur) res sacras ignota Europæis lingua apud Gentem remotam tractasset, investigare gestiit. Obstabat tantum peregrinæ linguæ imperitia. Sed multa erant quæ animum adderent & spem facerent. quod Arabica Persicis essent inspersa: quod res pleræque quæ occurrerent essent obviæ: quodque in difficilioribus Dictionarii loco esset amicus noster præfatus, à quo non parum me in hoc opere adjutum fateor. Digna videbatur res quæ tentaretur. tantusque animum fervor egit, ut ne sævissima quidem lues, quæ sex intra menses ad sexdecim hominum millia tumulo in nostra urbe condidit, aut absterrere aut segnem reddere potuerit. Absolvimus cum desæviente lue translationem, concinnato etiam Persicorum vocabulorum Dictionariolo, cujus auxilio totum opus recognoscentes, simulque adjuti Glossario quodam Cl. Iac. Golii, in quo non pauca vocabula Persica explicantur, quæ nos primum fugerant emendavimus. Sic autem in Authore nostro versati sumus, ut textum Persicum (quia Manuscriptum, ob scripturæ inconcinnitatem, punctorumque

diacriticorum dislocationem legi à Typothetis non potuisset) fideliter manu nostra descripserimus, ac deinde cum M. S. contulerimus. quæ amanuensis incuria mendum in Autographo habere videbantur, emendata in margine versionis nostræ annotaverimus. Versionem ita adaptaverimus, ut in studiosorum gratiam, tum ut fidem nostram melius probaremus, Persismo potius exprimendo, quam Latinitati studentes, verbum fere verbo, servato etiam, quantum fieri potuit, verborum situ & ordine, reddiderimus. Ad Autorem libri venimus, ipsumq; librum. Ipse se in Præfatione atq; Epilogo Patrem Ieronimum Xavier, aut Sciavier, Prædicatorem nominat. Natione Francum ait, id est, Europæum. à tempore enim belli sacri, quod sub duce Godefrido Bullionæo à Francis sive Gallis in Asia, ad exturbandos è Terra Sancta Saracenos, gestum fuit, Europæis omnibus Francorum nomen ab Asiaticis est attributum. Aliöqui Navarrum fuisse, ex Pourchassio post liquebit, sed qui Lusitanica usus sit lingua. Petrum enim semper dicit پیدرو Piedro. Infernum انفیرن Infierno. quæ pure sunt Lusitana. pro Iesus ژیسوس Siesus, pro Iulius ژیولیوس Siulius. quia i consonans Lusitani ut & Galli sic pronunciant. Religione fatetur se esse è cætu Societatis Iesu. qui quum hoc opus capesseret, 40 annos in his rebus, & septem octove in lingua Persica addiscenda triverat. Non se privato consilio, sed ab Imperatore Acabar, apud quem in gratia fuit, jussum, gloriatur hunc librum concinnasse, in urbe totius regni Metropoli Agra, sede Chaliphatus, lingua, ut videtur, Lusitanica, quam, ipso præside, in Persicam transtulit Magister ejus Abdel Senarin Kasen Laboræus, id est ex Lahore, provinciæ Bangabensis, quæ & ipsa Magno Mogo-

lenſium Imperatori cum aliis multis paret, metropoli, & totius Orientis civitate longe maxima oriundus. Facta hæc anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo à nato Chriſto, quadrageſimo autem ſeptimo imperii Acabari. Nec eſt quod miretur quiſquam, gloriari hîc Xaverium, fuiſſe ſe in pretio apud Regem Mogolenſium. nam apud Harluitum Poſthumum ſive Pourchaſſium, in Anglorum aliorumque peregrinationibus, Anglice Londini editis an. 1625. lib. 4. c. 16. ſect. 10. Thomas Roe literis ex ditione Mogolenſi an. 1616. ad Regem Angliæ datis ſcribit, Regem Acabar, quippe novarum rerum ſtudioſum, advocaſſe Goâ tres Ieſuitas, quorum præcipuus erat Hieronymus Xavier Navarrus. atque huic juſſiſſe, librum ſcriberet, in quo Religionem Chriſtianam adverſus Mauros ac Gentiles tueretur. Præterea, literas patentes conceſſiſſe, quibus publica venia Ieſuitis daretur ædificandi, concionandi, docendi, convertendi, utendi omnibus ſuis ritibus ac ceremoniis, eadem libertate qua Romæ. addito etiam amplarum facultatum dono, quibus templa exſtruerent. atque ita Ieſuitas in quibuſdam civitatibus templa ſibi prius, quam Eccleſiam paraſſe. Manſiſſe autem Regem Acabarem Mahometanum. ſic tamen ut, conſiderans Mahometem præter hominem & regem nihil fuiſſe, ſe quoq; Prophetam haberi poſſe & debere contenderit, ut nihil illo inferiorem. *Quia autem de progreſſu Chriſtianiſmi, in ipſa aula à ſe facto, multa jactare ſolent Ieſuitæ, pergit idem narrare ibidem,* Filium iſtius Acabari, cui nomē Ghe-hangier-sha, quique tum temporis regebat, hominem atheum, quique ſe majorem Mahometo Prophetam diceret, ſimulaſſe inſignem in Chriſtianam Religionem

affectum

affectum, adeoque non tantum exſtructam recens Eccleſiam confirmaſſe, omniaque ſua privilegia conceſſiſſe, ſed & annum integrum ſingulis noctibus duas horas audiendis diſputationibus impendiſſe, atque interdum dubiis verbis converſionem ſuam ad Chriſtianiſmum ſubindicaſſe. Quin imo multos tyrones, atque inter eos fratris ſui duos filios, inſtituendos in Religione Chriſtiana Ieſuitis tradidiſſe, qui deinde publicis ceremoniis ac maximis ſolemnitatibus, Agræ in templo Chriſtianorum ſacro Baptiſmo initiati fuerint. Sed ficta fuiſſe omnia. iſthoc enim ſcopo hæc à Rege facta, ut fratris filios Mahometanis exoſos redderet, adeoque regno ineptos. *cujus cauſam Capitaneus VVilhelmus Havvkins, apud eundem Pourchaſſium lib. 3. c. 7. ſect. 4. hanc fuiſſe tradit,* quia à Vatibus fuerat monitus, filiis ſuis exhæredatis, fratris filios ſucceſſores fore. *Quamobrem addit dicto loco Thomas Roe,* detecto Regis animo, omnem Chriſtianiſmi ſpem ac progreſſum brevi evanuiſſe. *Vt autem de libri hujus, quem edimus, authore Hieronymo Xavier nullum ſit dubium, viſum fuit miſſionem ejus in ditionem Mogolenſem hic addere, ex rebus Iaponicis, Indicis &c. Antverpiæ apud Nutium editis an. 1605. ubi pag. 709. Epiſtola Provincialis, ſuper hac re ad Generalem Aquavivam an. 1595. data, ſic habet:* Cum in deliberationem vocaretur, quis in miſſionem ad magnum Mogor ablegandus eſſet, ſors tam fœlix, cum multorum, ut ita dicam, invidia ſancta, incidit in P. Hieronymum Sciavier, qui tunc erat Goanæ domus Præpoſitus. quam ſortem, ajebat, in ſe caſuram, jam multo ante intimo quodam animi ſenſu ominatum fuiſſe. Vt conditionem acceptavit, adjuncti ſunt

illi

illi comites duo, P. Emmanuel Pinnerus, & Benedictus de Gois frater. *Refert Nicolaus Trigautius de Christiana Expeditione apud Sinas lib.5. cap. undecimo*, Benedictum Goesium à Rege Mogorum, Acabar nomine, sociorum amico, præcipue vero ipsius Benedicti, varia ad regulos varios diplomata, qui vel ei vectigales vel amici esse sciebantur, misisse. *Addit*, adhibitos illi fuisse à P. Hieronymo Xaverio, qui missioni Mogorensi jam multos annos præfuerat, socios duos Natione Græcos, locorum peritos. *Habes hic & Regem sociis amicum, & Xaverium nostrum, hominem non è trivio, sed Mogorensi missioni præfectum, penes quem Benedicto ad Sinense iter socios adjungere potestas erat. Monemus quoque in majorem fidem, extare inter Iaponica, Sinensia & Mogorana, Leodii anno hujus seculi primo edita, duas Epistolas, ex Mogorana ditione ann.* 1598 *datas, unam hujus nostri Xaverii, alteram memorati in Provincialis Epistola sodalis ejus Emmanuelis Pigneiro. quas ambas Animadversionibus nostris in Historiam Petri subjungemus, ut hominum illorum ingenium, & quanta sint Idololatriæ mancipia agnoscatur. Quod si quis, artes eorum, quibus in locis istis usi sunt, cognoscere plenius avet, Harluitum Posthumum, sive Pourchassii Peregrinationes, quarum jam ante à nobis facta mentio, legat. ubi l.3. c.7. sect.1 & 2. Capitaneus VVilhelmus Haukins narrat, Patrem Peignero Iesuitam, Surattæ apud Vice-Regem Mocreb-chan, omni conatu hoc egisse, ut aut trucidaretur, aut veneno tolleretur. fuisseque jam ad id suum Interpretem pecunia conductum, an.* 1608. *ac multis narrat, quanto molimine, quantisque sumtibus obstiterint Iesuitæ progressibus rerum Anglicarum apud magnum Mogolem. Ejusdem argumenti est, quod*

apud

apud eundem Pourchassium l. 4. c. 4. sect. 3. narrat VVilhelmus Finch, Patrem Peinero Iesuitam obtulisse Mocrebcano, sive Mocreb Bowcano, monile ducenties mille Regalium, ut se ac Capitaneum Haukins proderet. Quandoquidem autem in hac Christi Historia videbis passim, Christiane Lector, quam sit Virginis Mariæ εἰδωλομανής Xaverius, addimus libenter, quod apud eundem Pourchassium lib. 4. c. 17. legimus, Thomam Coryatum, qui aliquot annos apud Mogolenses degit, inter varias observationes narrare, Mendicos in ista regione stipem à Christiano petere, in nomine Bibee Maria, non autem in nomine Hazanet Eesa. atque inde colligi posse, Iesuitas Mariam magis quam Christum prædicasse. *ubi obiter monemus*, Bibee Maria, *Persice dici* بيبي مَرْيَمْ *id est*, Domina Maria. *quod autem hic est* Hazaneth Eesa, *legendum esse* Hazareth *per* r. *Persicè enim est* حَضْرَتْ عِيسَى Dominus Iesus, *propriè* Majestas Iesu. حَضْرَة *Arabicè* præsentiam *significat. deinde* præsentiam regiam *speciatim, id est* Majestatem. *Vt autem ad librum, quem in manibus habemus, veniamus, Manuscriptus est in Quarto, quem à Mercatore, è Persia reduce, acceperat Amplissimus ac Magnificus Vir, D. Laurentius Reael, Societatis Indiæ Orientalis, quæ apud Foederatas Provincias est, Præfectus olim Generalis. ab hoc autem dono habet Clarissimus, doctiss. nobisque amiciss. vir D. Iacobus Golius, Matheseos, Arabicæque linguæ apud nos Professor dignissimus, qui etiamnum possessor libri manet. Monet vero in præfatione ejus Author*, non omnia quæ

*** circa

circa hanc rem ſcribi potuiſſent, à ſe hîc eſſe congeſta. Sed partem factorum dictorumque Chriſti enarrari, quæ tamen ſatis ſibi ſint viſa, ut quis Chriſtus ſit cognoſcatur, quemadmodum Elephas è veſtigiis pedum, & leo ex unguibus cognoſcitur. *Hæc igitur 4. Euangeliſtarum hiſtoria, quam hic congeſſit, veſtigia ſolum Chriſti, & leonis iſtius ungues exhibet? longe pluris S. Iohanni eſt ſolum ſuum Euangelium, ubi cap.* 20.℣.30.31. *plurima quidem à ſe præterita eſſe fatetur, ſed quæ ſcripſerat tamen ſufficere, ut credamus Ieſum eſſe Chriſtum filium Dei, & credentes habeamus vitam æternam. At cavere noſter voluit, ne cæteras Romanæ Eccleſiæ traditiones frivolas ac ſuperfluas haberet, qui ſat multa ad ſalutem comprehendi hoc libro arbitraretur. quocirca* Alium ſibi in manibus librum ait, & ad umbilicum fere perductum, qui, Speculum veritatem monſtrans, nominetur, in quo, quæ hîc obſcura ſunt, plenius enodantur, & quomodo Apoſtoli, in fines mundi diſperſi, Euangelium Chriſti prædicarint, multoſque auxiliante Deo, & virtute editorum à ſe miraculorum, ad fidem ejus pertraxerint, diſtinctè declaratur. *Quem quidem librum ſi videre contingeret, mendaciorum farraginem, & turpiſſimarum fabularum colluviem procul dubio proderemus. Quid enim ibi non faciat, qui hîc à mendaciis & fabulis abſtinere nequivit? Quin autem nobis aliiſve contingat is aliquando, nullus dubito. Evulgatum enim eſſe liquet ex tractatu quodam de Saracenis, Gallicè Pariſiis à Petro Bergerone, anno hujus ſeculi* 34. *edito, cujus verba Latinè ſic reddimus*: Ingenioſiſſimus quidam Perſa, cui nomen Ahmed filius Sin Alabedin Spahanenſis, viſo tractatu cujuſdam Patris Ieſuitæ, cui titulus, Specu-

lum veritatem monſtrans, reſpondere ei voluit alio Tractatu, cui titulus, Deterſor ſpeculi, in quo, quicquid pro Mahometiſmo adverſus ſacram noſtram Religionem poteſt, in medium profert. ad quæ exacte reſpondit Pater Gadagnol, Monachus Franciſcanus, libro Romæ impreſſo an. 1631. *Vides ibi in lucem miſſum*, Speculum veritatem monſtrans, *quod hic promittit Xaverius. Operam damus, ut una cum Ahmedis libro ex Oriente adferatur, ut quomodo & ille Religionem Chriſtianam, & hic Mahometicam tueantur, orbi Chriſtiano innoteſcat. ut autem ad librum, quem in manibus habemus, revertamur, indigetat eum Hiſtoriam Chriſti, in* 4. *partes diſtributam. quarum prima procedat a Nativitate ejus uſque ad publicam docendi functionem. Secunda, inde ad mortem. Tertia, inde ad Reſurrectionem. Quarta, Reſurrectionem Chriſti, Adſcenſionemque in cælum pertexat.* In his omnibus vera ſe protuliſſe ait, pleraque ex Sacro Euangelio deſcripta, oculis ab aliis ſcriptis averſis. *At cur pleraque? cætera ergo unde deprompta? docebit Epilogus, ubi ſe hæc* è Sacro Euangelio, & aliis libris Prophetarum collegiſſe affirmat. *Exſpectabis ergo, Candide Lector, ut promiſſis res candidè reſpondeat, & quæcunque hic enarrantur, ex Euangelio ſint aut ex Prophetis. ſed præmonendus es, Apocryphorum librorum ſcriptores Prophetas quoque ipſi haberi. Tobiam enim Prophetam vocat. cumque ex Ioſepho hiſtorico, Ieronimo, Euſebio, Nicephoro, Sibyllis, & Legendarum ſcriptoribus non pauca in medium adferat, aut hos quoque in Prophetarum numero cenſere, aut fraudulenter agere dicendus eſt. Tanto autem hunc librum honore dignum judicat*, ut ex omnibus quæ ſub Rege Acabaro in linguam Perſicam ſunt tranſlata,

hunc demum librum dignum esse dicat ob quem Rex ipse superbiat. postulare se, ut publico edicto sanciatur, ut in sacris cœtibus iterato legatur. esse enim mensuram omnis justitiæ, oblectationem cordis, & medicinam spiritus: asserente ipso Christo, Sermo meus refectio animæ est & vita æterna. *quam sententiam, etsi veritatem rei complectatur, nemo tamen Euangelistarum istis verbis Christo tribuit. Exiguam habes audaciæ scintillam, quæ in majorem deinceps erumpet flammam. Nos quædam solummodo, in Animadversionibus calci libri additis, delibabimus, relictis infinitis, sacro scriptore prorsus indignis, quæ ab accurato lectore observari & notari poterunt. Nobis Capita ad id sufficiet præcipuarum rerum, quæ tum extra, tum contra S. Scripturam hic dicuntur, eo quo sunt apud Authorem ordine, breviter recensere, & perstringere. Videbis illorum pleraque, non tantum ex Euangelio & Prophetis non depromta, sed apocrypha, spuria, nullis fide dignis testimoniis nixa, falsa, ad stabiliendum Anti-Christi regnum, fulciendasque inanes ejus superstitiones, composita. Sordent huic homini, quæ simpliciter, breviter, & nervose admodum à Spiritu Sancto fuere enarrata. quæ paßim sic amplificat, exornat, & expolit, ut ludicra ea reddat, vereque enervet & Majestate exuat. Nec dubito, quin cujusquepii, religiosique lectoris conscientia mihi hîc testis sit futura. Faxit Deus, ut labor hic noster Ecclesiæ utilis sit, quodque potissimum hic spectavimus, veritati adversus Pontificias superstitiones tuendæ serviat. Votum nostrum est, ut hisce nostris primis conatibus præclara ingenia ad plenam harum literarum culturam excitentur. quod futurum minime dubitamus. quia præter nos sunt alii qui id agunt. Inter quos eminent, quos*

jam ante aliquoties memoravimus, D. Iacobus Golius, & D. Iohannes Elichmannus, viri longa vita digni, à quorum præclarâ eruditione magna aliquando in hoc genere exspectamus. Nec prætereundus nobis egregius juvenis Antonius Deusingius Medicus, qui Cl. Iacobi Golii ædibus, adeoque ipso domestico præceptore per multos annos usus, in Arabicis & Persicis sic profecit, ut de Republ. literaria plurimum hîc mereri poßit. Celebrandus quoque nobis hîc est Clariss. vir VVilhelmus Lyel Danus, mercator, qui, etsi alioqui illiteratus, eum tamen supra mercatorum vulgus erectum habuit animum, ut dum in Persia degeret, Persicè non tantum loqui, sed & legere ac pingere exactißime didicerit. qui jam serenißimo Daniæ Regi in rebus Orientalis Indiæ curandis est à consilio. quem coram hic de dubiis quibusdam consulere, ejusque consuetudine frui, magno nostro bono licuit. Hi spem faciunt, plures deinceps fore, qui has literas ament, curent, promoveant, ne soli hic Iesuitæ sapere videantur, & in remoto isto orbe quidvis scripto divulgare audeant. Vale, Candide Lector, & si quid de te meriti sumus, studiis nostris fave.

Ne vacarent hæ paginæ, ſequentia adjunximus.

I.

PSAL. 101. 5. pro מְלָשְׁנִי בַסֵּתֶר רֵעֵהוּ, *Qui obtrectat in occulto proximum ſuum*, Chaldæus Paraphraſtes habet דִמְשַׁתְּעֵי לִישָׁן תְּלִיתָי עַל חַבְרֵהּ, *Qui narrat* (vel *loquitur*) *linguâ tertiâ de proximo ſuo*. Similiter Pſal. 140. 12. pro אִישׁ לָשׁוֹן בַּל־יִכּוֹן בָּאָרֶץ *Vir linguæ* (id eſt *obtrectator*) *non confirmabitur in terra*, habet גְּבַר דִמְשַׁתְּעֵי לִישָׁן תְּלִיתָי לָא אֶפְשַׁר דְיִתְכַּן בְּאַרְעָא דְחַיֵּי *Vir qui narrat* (vel *loquitur*) *linguâ tertiâ, impoſſibile eſt ut confirmetur in terra viventium*. Obtrectator dicitur tertia lingua uti, vel quia tribus nocet, ſibi, audienti, & ei quem obtrectat. Vel quia lingua ejus inter duos, ex. gr. inter me ſcribentem, & te legentem, tertia intervenit, ut famam lædat, aut animos divellat. Vel quia duorum amicorũ verba deferens ac calumnians, lingua utriuſq; abutitur, ſuamq; tertiam admiſcet.

II.

Rectè ac pręclarè dixit Imperator Arabum Ali, بَشِّرْ نَفْسَكَ بِالظَّفَرِ بَعْدَ الصَّبْرِ *Euangeliza tibi ipſi victoriam poſt patientiam*. Attamen,

III.

Merito reſtringunt Doctores Hebræorum, בכל דבר הוא הסבל הטוב אלא על האוהב: *In omni re patientia bona eſt, præterquam in iis quæ amicum ſpectant*. Quocirca nemo ægrè ferat, ſi injurias, quas Chriſto ac veritati non raro Xaverius noſter intulit, impatienter aliquando feramus.

IV.

Etſi ſæpe, non ubique tamen ineptiunt Hebræorum Magiſtri. Non ſane, cum dixerunt, אין נקב המחט צר לשני אוהבים ואין רחב העולם לשני שונאים *Nullum foramen acus anguſtum eſt duobus amicis. Nec ſatis latus eſt univerſus mundus duobus inimicis*. Vt nec in illo: מי מבני אדם תאהב יותר' אמר מי שרבו טובותיו אצלי ואם לאו מי שרבו עוונותי אצלו *Quemnam hominum diliges maximè? Reſponſio. Eum cujus multa ſunt beneficia erga me. quod ſi talis non detur, contra quem ſunt multa delicta mea.*

Ad Celeberrimam FLISSINGENSIVM Rempublicam, de eximio hoc viri eximii LUDOVICI de DIEU Opere, eidem dedicato atque inſcripto.

Magna maris vaſti domitrix, & terror Iberi,
Nunc magis & nati laude ſuperba tui,
Qui genitus felixque tuis eductus in ulnis,
Et doctor populi deliciæque tui,
Ipſe Oriens totus, linguasque Orientis & artes
Edoctus, tantas qui tibi mittit opes,
Non gazas gemmasque tibi, quæ Perſia quondam
Regibus & dives munera miſit Arabs,
Sed procul Indorum venientem è littore Chriſtum,
Perſarum qui nunc maluit ore loqui,
Quem didicit docuitque, tua dum vixit in urbe,
Omni victurum tempore mittit opus.
Sit ſatis hoc. cum nec majus tibi mittere Perſa,
Nec tibi quid majus mittere poſſit Arabs.

DANIEL HEINSIVS.

داستان

داستان مسيح

اما آلوده *

HISTORIA

CHRISTI,

Sed contaminata.

Monitio & directorium
Tranſlatoris pro Lectoribus.

CHariſſimi ac dilectiſſimi mei, Hanc Hiſtoriam Chriſti P. Hieronymus Xavier purè non ſcripſit, quia terminos librorum Euangelii egreſſus, multa peregrina addidit, quæ aut incerta ſunt, aut falſa ſunt, aut gloriæ Dei & integritati Sanctæ Doctrinæ Euangelicæ adverſantur. imo ipſas illas res, quas ex libris S. Euangelii protulit, adeo contaminavit, ut puritatem, & efficaciam, & perfectionem ſuam amiſerint. Quapropter in ſummitate cujuſq; paginæ hanc hiſtoriam contaminatam vocavimus, ne quiſquã ſeduceretur. itaq; Lectores diligenter diſcernere oportet, quęnam ex his recepturi ſint, nempe, quicquid cum libris S. Euangelii convenit. Hujus memores eſtote, & Deum cuſtodem habete.

راهنموني وهدايت صاحب ترجمه
براي خوانندكان *

اي عزيزان ومحبوبان من اين داستان مسيح را پادري ژيرونيمو شوير بپاكيزكي ننوشت زيرا كه از حدود كتب انجيل بر آمده بسيار چيزها بيكانه افزود انكه يا نا يقين اند يا دروغ اند يا ببزركواري خدا وبه اخلاص دين انجيل مقدس مخالفت مينمايند بلكه همان چيزهارا آنكه از كتابهاي انجيل مقدس آورده است آنطور پليد ساخت كه پاكيزكي واثر وقيمت خودرا تلف كردند بنابرين دراعلي هر روي كاغذ اين داستانرا آلوده خوانديم تا هيچكس از راه برده نشود پس خوانندكان را خوب تميز كردن بايد كه ازينها چه چيزهارا قبول خواهند كرد يعني هر چه بكتب انجيل مقدس موافقت ميدارد اينرا ياد بكنيد ودر حفظ خدا بشويد *

بسم الاب والابن والروح القدس الاه واحد ۞

مرات القدس

که دران کزارش مي يابد داستان احوال
عجيب حضرت ايشوع کريستس وبيان باره
تعليم اسماني ومعجزاي بزرك قدر او ۞

کفتار

اندر خطاب زمين بوس ۞

چون آوازه عجايبات مسيح بلند کرديد ودر روي
زمين پراکنده شد ابکر پادشاه اديشه را
از بختمندي آرزو جوشيد که ديدار مبارك
او در يابد پس ايلچي دانا فرستاد وپيغام داد که
اکر در ملك من آيد نيمه پادشاهي در خدمت او
باشد ونيز مصور نادره کار همراه ساخت که اکر
آن قدسي جناب را سر آمدن نباشد وميل بدين
زمين نفرمايد هراينه اين يکتاي بي همتا صورت او
کشيده براي اين آرد تا اورا که بديکر طور ديدن
نميتوانست باشد که بدين روش به بيند وآرزوي

IN NOMINE
PATRIS, & FILII, & SPIRITVS
SANCTI, DEI VNICI.

Speculum Sanctitatis,

In quo exhibetur Hiſtoria rerum mirabilium Majeſtatis Ieſu Chriſti, & manifeſtatio partis doctrinæ cœleſtis & miraculorum maximorum ejus.

PRÆFATIO.

* Inter alloquendum terram oſculare.

**ſignificat, Regi dicatã eſſe præfationem, quem qui alloquitur, terram oſculari id eſt adorare tenetur.*

QUum fama mirabilium Chriſti divulgata eſſet, & in ſuperficie terræ diſperſa, Agbarum Regem Edeſſæ[1] felicitatis deſiderium coxit, ut conſpectum benedictum ipſius conſequeretur. Legatum itaque ſapientem miſit, & nunciandum dedit: ſiquidem in terram meam venit, dimidium regni in miniſterium ejus erit. Pictorem quoque eximium artificem, comitem fecit, ut ſi illum Sanctiſſimum advenire non contingeret, ſeque propenſum ad hanc terram neget, [2] unicam duntaxat effigiem ejus extrahens, in hunc finem apportaret, ut eum quem alio modo videre non poſſet, contingeret hoc modo videre, & deſiderium

[1] i.e. Felicitatẽ eam ſummopere deſideravit.

[2] ad verb. ecce hoc ſimplex ſine multiplici.

ſuum ſedare. Legatus felicitatem Chriſto ſiſtendi ſe nactus eſt, & nuncium domini ſui tranſegit. quumque perſpectum eſſet, adventum iſtius Glorioſi in iſtam terram difficilem eſſe, ille ſingularis Magiſter ſeipſum collegit, & omnem ſcientiam ſuam impendens, quantum potuit optimè & præſtantiſſimè extraxit, & lætatus eſt. quum poſtridie collationem faceret, operis ſui eum puduit. at reparatione defectuum ſuorum facta, [1] è pudore exiit, & Deo benedixit. rurſus quum die ſecundo & tertio bene eſſet intuitus, magis erubuit, & opus denuo aggreſſus eſt. adeo ut ter ſimiliter fecerit. Sed quicquid hodie perfectum & integrum vidit, poſtridie defectuoſum & imperfectum reperit. Quum de arte ſua deſperabundus factus eſſet, atque totum ipſum dolor ac pudor invaſiſſet, Dominus Ieſus ſtatus ipſius miſertus eſt, & tempore valedictionis linteum ab ipſo poſtulavit, & ſuper faciem ſuam tranſire faciens, ei tradidit. ille figuram venerandam in eo linteo rectam, & ſine defectu reperit, & voti compos factus eſt, & ad dominum ſuum tulit. Is cum omni honore, & ſumma ſubmiſſione ac lætitia excepit, & in honore ac in cuſtodia habuit: & per hanc in difficultatibus ſuis victoriam nactus eſt. Nunc hanc hiſtoriam propterea attuli, quia, quoniam Rex, mundi aſylum, hiſtoriam perfectionis D. Ieſu, & magnitudinis ejus [2] diverſimodè narrari audiens, [3] deſideravit ut pars benedictorum geſtorum ejus, quemadmodum ſunt, ad aurem Majeſtatis veniret, ex veritatis

deſiderio,

[1] *id eſt, deſiit erubeſcere.*

[1] *ad verb. cum diverſitate narrationum.*
[3] *propriè deſiderarunt. ſic de magnis in plurali honoris gratia loqui ſolent.*

خودرا فرو نشانند ایلجي سعـــادت ملازمت دریافت
وپیام خداوند خود کذرانید وچون دانسته شد که رفتن
آن بزرکوار بدان سر زمین دشوارست آن یکانـــه
استاد خودرا جمع ساخت وهمکي دانـــش خودرا کار
فرموده از انچه بارای او بود بهتر وخوبتر کشید
وشادي نمود چون روز دیکر مقابل ساخت از کار خود
خجل شد وچاره تقصیرهای خویش کرده از شرمساري
برامد وخدای را افرین کرد باز چون روز دوم وسیوم
نیک نکریست شرمسارتر شد وکار از سر کرفت حاصل
که سه بار اینچنین کرد وهر چه امروز کامل وتمام دید
فردا ناقص ونـــاتمام یافت چون از هنر خود مایوس
کردید وسراپاي اورا اندوه وشرمساري کرفت حضرت
ایشوع را بر حالـــ او مهر آمد وهنکام وداع جامه
ازو درخواست وبر روي مبارک کزرانیده بوي سپرد
او صورت کرامي در ان جامه درست وبي تفاوت یافت
وکامیاب کردید وپیش خداوند خود برد او بتمام عزت وبغایت
نیازمندي وشادي بر کرفت وبحرمت ونکاه داشت
وبوسیله او در مهمات خود ظفر یافتي اکنون این قصه
از جهت آن آوردم که چون بادشاه جهان پناه داستان
کمالات حضرت ایشوع وسر بزرکـــي او باختلاف روایات
شنوده آرزو فرمودنـــد که پـــاره از خجسته احوال
او چنـــانچه هست بکوش همـــایون رسد از حـــق

جوبي

جوبي ودانش دوستي باين كمترين دعاكويان پادري
ژيرونيمو شوير كه باستان بوسي روشن پيشاني است
اشارت شد كه هر انچه از گفتار وكردار آنحضرت در
كتب خود داريم بفارسي كزارش دهيم بگمان انكه شايد
همچون كسي كه چهل سال درين شغل بسر برده
وهفت يا هشت سال در اموختن فارسي صرف كرده
اين خدمت را بجا آرم وسعادت اندوزم سراپا دل
شدم وكمر همت بر ميان بستم روزها بسر بردم ودل
از آسايش زندكي وسامان ضروريات بر كرفتم تا فرمايش
ظل الاهي بجا آرم كه احكام مقدس را كم ازين ارجمند
نتوان داشت خاصه در چيزها كه نهفتن آن بر آدمي
زادكان ستمست وپيدا كردن ان عبادت خدا چنانچه رفيل
فرشته بطوبيا پيغبر كفت راز پادشاهان پوشيده
داشتن نيكست اما اسرار الاهي بيان كردن واشكارا
ساختن چيزي است ستوده وپسنديده همكنان واكر
در آوردن اين كتاب وشبيه ان دير كردم براسيي ازين
بود كه چند دفع ترتيب دادم وبطور خود تمام ساختم
ليكن هر بار كه تمام كرده از مسوده بپاكيزكي
آوردم چون فارسي را بكتابهاي لطين مقابله كردم
دل را تسلي نشد وانچه كامل بود ناقص نمود تا
انكه خودرا از كار خود خجل يافتم واز كم مايكي ونا
رساي نا اميد شدم پس از دعاي فراوان ونياز بسيار

deſiderio, & ſcientiæ amore, huic minimo Concionatorum Patri Jeronymo Xauier,[1] qui in limine oſculi lucidæ frontis eſt, author fuit, ut quicquid de dictis & factis iſtius Domini in libris noſtris habemus, in linguam Perſicam transferremus, [2] ratus fore ut fortaſſis, tanquam vir qui 40 annos in hoc negocio transegi, & ſeptem aut octo annos in diſcenda lingua Perſica occupatus fui, hoc miniſterium præſtarem, & fortunam faventem haberem. [3] plenus animo factus ſum, & cingulum ſollicitudinis lumbis accinxi: dies impendi, & cor ab oblectamentis vitæ, & ordine rerum neceſſariarum ſuſtuli, ut præceptum [4] Regis præſtarem, qui mandata ſancta [5] minus eo æſtimabilia non poteſt habere: præſertim in rebus, quas non revelare hominum filiis injuria eſt, & manifeſtare eas cultus Dei eſt, quemadmodum Raphaël Angelus Tobiæ Prophetæ dixit, Arcanum regum occultum habere bonum eſt: verum myſteria Dei manifeſtare & palam facere, res eſt laudanda & decens omnes. Quod ſi in proferendo hoc ſcripto ejuſque exemplari diu moratus ſum, id revera inde factum, quod aliquoties diſpoſitionem dederim, & in ordinem ſuum perfectum poſuerim. Sed quotieſcunque abſolutum ex lituris in nitorem redegi, ubi Perſicum cum ſcriptis Latinis conferrem, cordi quies non fuit, & quod perfectum erat, defectuoſum videbatur: adeo ut ipſummet operis mei puderet, & ob defectum facultatis & non aſſecutionem deſperabundus fierem. poſt preces multiplices & rogationes multas

[1] *ideſt, qui in bona gratia eſt apud Regem.*

[2] *cum opinione ea quod conveniret.*

[3] *propr. totus quantus quantus à capite ad pedem cor factus ſum.*

[4] *ad verbum, umbra Dei.*

[5] *nempe, ut eorũ gratia cor ab oblectamentis mundi avertere nollem.*

gratia Dei & aſſiſtentia Majeſtatis Regis auxilio fuit. atque hac vice ultima acquievi, & cor firmitatem ſumpſit, adeoque audaciam : &[1] hinc initio facto vera protuli. Voluntas Majeſtatis Ieſu ſit, ut Majeſtatem (nempe regis) & alios auditores (hic liber) oblectet. poſſum dicere, ex his omnibus quæ[2] tempore Majeſtatis regiæ in linguam Perſicam tranſlata fuere, hoc quidem dignum eſſe ob quod[3] ſuperbiat. (quoniam notum non eſt, id alio tempore in Perſicam linguam veniſſe: quia aut Perſicè ſciens linguæ latinæ fuit ignarus, aut qui Latinè ſciebat, Perſicam non intellexit: aut[4] Męcenatem,[5] qualis eſt hic Rex, qui cupidus ſcientiæ eſt, & tantopere ſe eò convertit,[6] Mater mundi non perit.) [7] quod honorifica acceptione dignum ducat, & tanquam rem, quam poſt laborem magnum, & amorem multiplicem, & ſinceritatem omnimodā hic[8] ſervus protulit, excipiat, imo veluti rem, quę ipſa prodit, benedictum Ieſum fuiſſe qui talia docuit & fecit. Latere non debet, hunc librum in 4 partes eſſe diſpoſitum. In parte prima à tempore nativitatis Majeſtatis Ieſu uſq; ad principium docendi, ſtatus ejus manifeſtatur. in parte ſecunda, ſtupenda & mirabilia ejus, quæ fecit, & pars eorum quæ docuit. In parte tertia mors, & perpeſſiones & moleſtiæ, quas pro ſalute hominum & tranquillitate ipſorum paſſus eſt. In parte quarta modus reſurrectionis ejus ex ſepulchro, & profectio ejus ſupra cœlos. Non ſcripſi quicquid potuiſſem ſcribere: ſed ad cognoſcendum, & notificandum Regi, Sanctiſſimus ille quis ſit, hic modus mihi ſufficiens viſus eſt: ſicut

elephantem

[1] propr. cum hoc i mine.
[2] id eſt, imperante hoc rege.
[3] propriè ſuperbiant. plurali numero, honoris gratia. ut ſupr.
[4] ad verb. dominū ſubſidii.
[5] ad verb. ſicut Majeſtas.
[6] id eſt, terra.
[7] ad verb. cui honorem acceptionis digna tribuant.
[8] ſeipſum per humilitatem indigetat.

عنايت الاهي واقبال حضرت ظل الاهي يـاور شد ودرين مرتبه
بهين تسلي شدم ودل قرار كرفت بنابرين دليري وبدين
آستان راستان اوردم خواست حضرت ايشوع باشد كه حضرت را
وديكر سامعان را خوش وقت سازد ميتوانم كه بكويم كه ازين
همه چيزها كه در زمان حضرت بفارسي ترجمه شده اند اينست
سزاوار انكه بدان نازش فرمايند چون معلوم نيست كه در ديكر
زمان بفارسي امده باشد يا از انكه فارسي دان از زبان لطين
بيخبر بود يا آنكه لطين ميدانست فارسي را نميفهميد يا صاحب
اقبالي همچون حضرت كه آرزومند دانش باشد واينچنين
توجه فرمايد مادر كيتي نزاد كه اين را عزت قبول ارزاني فرمايند
وهمچون چيزي كه پس از محنت بسيار وشوق فراوان
واخلاص تمام اين بنده آورده است بر كيرند بل مانند چيزي
كه همان مي نمايد كه خجسته ايشوع بود كه چنين چيزها
مي آموخت وميكرد پوشيده نماند كه اين كتاب بر چهار
باب ترتيب يافت در باب نخستين از كاه ولادت حضرت
ايشوع تـا اغاز تعليم حال او بيان ودر باب دوم معجزهاي
وعجايبات او كه نمود پاره از آنچه اموخت ودر باب سيوم
مرك او وجفاها ومحنتهـا كه بجهت سلامتي مردم ومحنت
ايشان كشيد ودر باب چهارم كيفيت برخاستن او از قبر
ورفتن او بر آسمان ننوشتم آنچه مي توانستم كه نويسم
امـا براي شناختن ومعلوم فرمودن به حضرت كه آن
قدسي جناب كه بوده است اين قدر مرا بس نمود چنانچه

فيل

فیل را از نشان پاي او بشناسند وشیر را از پنجه واکنون
التماس این فقیر آن است که ازین محنت اندازه آرزوي
خدمت کزاري من بر کیرند دیکر آن که فرمان شود که
در محفل قدسي مکرر خوانده شود وچون اینست مایه تعلیم
هر نیکوکاري وآرامش دل وعلاج روح که اکر آن دیکري
مي کفت که کتابها داروي جانند این براي جان کرامي ان
حضرت از همه بیشتر خواهد بود که خود همان حضرت ایشوع
مي فرماید که کفتار من داروي جانست وزندکي جاوید
وبجهت افزوني اعتقاد این چیزها واجب شد که آکاه
سازم که بیشتري ازین چیزها از انجیل مقدس نوشتم
واز نوشته دیکران چشم بستم وتا نیک معلوم شود ما
حضر هر سخن در حاشیه این کتاب نوشتم وتا باساني
یافته شود خلاصه متن نیز در حاشیه مرقوم کردید
وبعضي ازین سخنان مسیح بدان پایه هستند که عقل بشري
در ادراک آن عاجز ومدهوش مي شود لیکن این وامثال
این چیزها کم در کتاب آینه حق نما که اکثر آن شده
ونزدیک است که انشا الله تعالي تمام شود بیان روشن یافته
اند ایشوع خداوند حضرت را در حفظ خود دارد وشناساي
خود که براي سلامتي جان واجب ولازم است بطوري که
آرزوي این بندهست کرامت فرماید در دار الخلافت
اکره بتاریخ پانزدهم اردي بهشت سن هزار وششصد ودوازده
ولادت حضرت خداوند ما اختتام *

elephantem ex veſtigio pedum ejus cognoſcent, & leonem ex planta. Nunc petitio [1] hujus pauperis eſt, ut ex hoc labore menſuram deſiderii mei in officio præſtando æſtimet. deinde, ut mandatum fiat, ut in ſancta congregatione iteratò legatur: idque quoniam hic liber eſt radix doctrinæ omnis juſtitiæ, & tranquillitas cordis, & medicina Spiritus. Si enim id alius quidam dixit, libros eſſe medicinam animæ, hic liber pro anima venerandæ iſtius Majeſtatis præ omnibus id multo magis futurus eſt. ipſemet enim D. Ieſus dicit, Sermo meus medicina animæ eſt & vita æterna. Et ut major fides hiſce rebus adhiberetur, conveniens fuit me indicare, pleraſque harum rerum ex ſancto Euangelio me deſcripſiſſe, & ab aliis ſcriptis oculos clauſiſſe. & ut rectè cognoſceretur, quodnam argumentum ſit ſingulorum dictorum, in margine hujus libri id notavi. & ut facile inveniretur, aſſignatio textus etiam in margine depicta eſt. Quædam autem horum dictorum Chriſti in eo gradu ſunt, ut mens humana in aſſequendis iis impotens & ſtupeſcens ſit. Sed hæc & his ſimilia pretioſa, in libro, Speculum veritatem repræſentans dicto, cujus maxima pars facta eſt & [2] brevi volente ſummo Deo completus erit, explicationem reperiunt. Dominus Ieſus regem in protectione ſua habeat, & cognitionem ſui, quę ad ſalutem animę conveniens & neceſſaria eſt, quemadmodũ deſiderium [3] hujus ſervi eſt, liberaliter largiatur. [4] In loco Chalifatus Agra, æra xv diei [5] Ardibeheſt, anno [6] cIↃIↃcII à nativitate Majeſtatis Domini noſtri. Finis.

[1] *ſeipſum per humilitatem indigetat.*

[2] *ad verb. prope eſt ut ſit.*

[3] *id eſt, meum.*

[4] *id eſt, in urbe imperiali.*

[5] *nomen menſis reſpondentis Niſan Hebræorum.*

[6] *pro* دوازده *duodecimo legendum* دواز *ſecundo* à. *patet ex epilogo, ubi ſic ſcribitur. ut & ex eo quod ibi additur, finitũ fuiſſe hunc librum anno regni Acabar 47. mortuus autem eſt anno hujus ſeculi quarto.*

PARS PRIMA.

DE INFANTIA CHRISTI.

Nativitas Mariæ, & educatio ejus.

QUandoquidem Christus sine medio viri ex Sancta Maria natus est, prima pars à qualitate rerum istius Virginis, optimè conscribitur. Maria ex nobilibus fuit, è stirpe Davidis prophetæ. Pater ejus Ioachim, natus ex urbe Nazareth, pertinente ad regionem Galilææ. Matrem ejus Annam nominabant, ex urbe Bethlehem Iehudæ, quæ patria Davidis Prophetæ est. Cum[1] sinceritate omni in urbe Nazareth vixerunt, in justitia & cultu Dei, secundum legem, quæ per Mosem Prophetam ad filios Israël devenit. Divites fuerunt, & opes suas sapienter expenderunt, atque à Deo datum in tres partes distribuentes, unam partem ejus pauperibus & viduis fœminis & peregrinantibus Hierosolymam dederunt. partem pro templo & ministris ejus servarunt. & aliam pro se expenderunt. Hoc modo viginti annos transegerunt: & quamvis causæ jucunditatis & gaudii essent, tamen quia filium non habebant, perpetuo tristes vivebant, & ad acquisitionem istius fructus benedicti eleemosynas dabant, & devotionem ac petitionem ostendebant, Deoq; promiserunt, si nobis filium das, eum cum votis aliis in templum sanctum portabimus, & servitio tuo trademus. Quum autem quotannis ter diebus festis

secundum

Nomen Patris & Matris Mariæ.

[1] *vel abstinētia summa, utrūq; enim* اخلاص *significat.*

Quomodo opes suas expēderint.

A Deo filium petunt.

باب اول

در طفولیت مسیح *

ولادت مریم وپرورش یافتن او ،

چون مسیح بیواسطه مرد از مریم مقدس زاده شد نخستین پاره از چگونگی احوال آن دوشیزه بهتر که نوشته می شود ، مریم از مردم شریف بود از نسل داود پیغمبر پدر او شوکین نام زاده شهر ناصره از توابع ولایت جلیل مادر اورا بنانه میخواندند شهر بیت لحم جهودا که زاد بوم داود پیغمبر است ، باخلاص تمام در شهر ناصره بسر می بردند به نیکو کاری وبندگی خدا موافق دینی که بواسطه موسی پیغمبر به بنی اسراییل رسیده بود ، دولتمند بودند ومال خود را دانایانه خرج می کردند وداده خدارا سه حصه نمودند یک حصه ازان بفقرا وبیوه زنان ومسافران بیت المقدس می دادند وبخش برای پرستش خانه وخادمان آن نگاه می داشتند ودیگر برای خود خرج می کردند ، باین روش بیست سال گذرانیدند وبا آنکه اسباب تنعم وشادمانی بود اما چون فرزند نداشتند دایم غمناک میزیستند ودر طلب آن ثمره برکت صدقها میدادند وعجز وزاری می نمودند وعهد بخدا داده بودند که اگر ما فرزند می دهی اورا بنذرهای دیگر بعبادت خانه پاک می بریم وبه بندگی تو می سپاریم ، وچون هر سال سه مرتبه در روزهای عید

موافق

نام پدر ومادر مریم

خرج مال ایشان

از خدا پسر می خواهند

موافق دین خود بعبادت خانه بیت المقدس نذرها میبردند روز عید پرستش خانه در بیت المقدس آمده بودند شوکین تحفهای خود چنانکه معتاد بود بعبادت خانه برد چون دیگر کدخدایان ایسه کار بزرگ کاهنان بهم بر امد وبار گردانید وگفت خدا که در چندین سال بشما میوه برکت نداده است البته یک آلودگی باطن داشته باشید که خدا بسبب آن از شما نارضامند است این گفت واز پیشگاه خود به بیحرمتی تمام دور کرد شوکین ازین شرمساری وخجالت رو بصحرا نهاد وبخانه نرفت همانجا در شبانان خود می بود وتنها شده بتمام عجز وشکستگی خدارا بندگی کردی وانه از دیدن بی عزتی که بر شوکین رفت واز مفارقت او در دوچندان غم افتاد این در بیت المقدس واو در صحرا اندوه ناک بسر می بردند اما در عبادت خدا کمی نمیکردند بلکه افزودند همچون آنانکه محتاج ترند وخدا که علاج درماندگان است نالش بشنید وفرشته نورانی پیش شوکین فرستاد که بدو مژده دهد که خدا عاجزی ترا قبول کرد ونظر رحمت بر گریه تو وصدقهای تو انداخت وآن صبری که کردی پسندیده افتاد مرا فرستاده است تا ترا تسلی کنم وبشارت دهم که خدا ترا یک دختر از انه خواهد بخشید واورا مریم نام خواهی کرد آن دختر از گاه پیدای در شکم پر از روح القدس خواهد بود وعده خود را بجا خواهید آورد تا در عبادت خانه از مردم جدا برید ودر بندگی

رانده شد پدر مریم

خبر میدهد فرشته از دختر

secundum legem suam in templum Hierosolymitanum vota ferrent, & die festo ad templum Hierosolymam venissent, Joachimus munera sua, quemadmodum solitus erat, in templum portavit, sicut alii patres familiarum. Issachar princeps Sacerdotum in iram ascendit, eumque amovit, & dixit: Quia Deus tot annis vobis fructum benedictum non dedit, omnino aliquam pollutionem occultam habetis, ob cujus causam Deus vos gratos non habet. hoc dixit, & à præsentia sua cum ignominia summa ejecit. Joachim ob hanc ignominiam & pudorem faciem rus versus posuit, & domum non ivit. ibi inter pastores suos fuit, & solus existens cum summa devotione & contritione Deo serviit. Et Anna, quia vidit dedecus quod Joachimo evenerat, & ob discessum ejus, in duos tantos dolores incidit. Hæc Hierosolymis, ille ruri tristes degerunt. verumtamen in cultu Dei non deficiebant, sed addebant, sicut illi qui egentissimi sunt. Et Deus, qui medicina debilium est, clamorem audivit, & Angelum lucidum ad Joachimum misit, ut eum certiorem redderet, dicens, Deus devotionem tuam acceptam habuit, & oculum misericordem super fletum tuum & eleemosynas tuas conjecit, & illa patientia quam exercuisti, convenienter cecidit. Me mittit, ut te consoler, & annunciem, Deum tibi filiam unam ex Anna largiturum, & eam Mariam nominabis. illa filia à tempore conceptionis in utero plena spiritus sancti futura est. promissionem vestram præstabitis, ut in templum ab hominibus separatim portetis, & in cultu

Abactus fuit pater Mariæ.

Annunciat Angelus de filia.

Dei educetur. Magna futura eſt. & recordare, homines magnos plerumq; [1] quum nulla ſpes eſſet natos fuiſſe: ut Iſaac, Iacob, Ioſeph,[2] Simſon & Samuel. Ob hanc cauſam Deus voluit, hanc filiam in ſenectute veſtra naſci, eo tempore quum ſpes veſtra defeciſſet. Et ut ne dubites de eo quod tibi dico, urbem verſus ambula. Nam in porta[3] Aurea, id eſt auro obducta, uxorem tuam reperies, ad quærendum & inveſtigandum te venientem. & ubi te videbit, læta & admirabunda erit. Hoc dixit, atque ex oculis ejus abſens factus ad Annam venit, eamq; eodem nuncio læto, etiam ſpei plenam reddidit: & addidit, ex iſta filia tua Chriſtus reſtaurator mundi naſcetur. & ad maritum mittens, ipſe inviſibilis factus eſt. Anna præ lætitia ad quærendum maritum aſcendit. in eadem porta ſummo cum gaudio ſe mutuo invenerunt, & domum ſuam venerunt, & poſt aliquot dies ad urbem Nazareth, quę patria ipſorum erat, iverunt. ibi die Iovis, computo menſis Decembris, qui reſpondet decimo ſexto menſis Deima, Anna concepit, & poſt novem menſes die Veneris, octavo menſis Septembris, qui eſt undecimus menſis Siaheriurma, filiam protulit. Hominibus admiratio & lætitia obvênit. Nomen iſtius filiæ Mariam fecerunt. & hoc vocabulum aliquot ſignificationes habet: Alta, Maris amaritudo, Magiſter ſive Dominus maris. Hoc die quo Sancta Maria nata fuit, Chriſtiani feſtum celebrant. Primi id non fecerunt, quia voluntas Dei hac in parte nota ipſis non erat. Verùm Deus eam manifeſtavit eo modo qui dicetur. Vir quidam

[1] *ad verb. in ſtatu deſperationis.*

[2] *in autore eſt Sinſan.*

[3] *In Perſico eſt Latina vox* اوریا aurea. *quaſi Angelus Latino vocabulo portam iſtam nuncupaſſet. ridiculum.*

Nativitas Mariæ & feſtum ejus.

خدا پرورش یابد ، بزرک خواهد بود ویاد دار که مردم بزرک
بیشتر در حالت نومیدي معولد شده اند مثل اسحاق
ویعقوب ویوسف وسمسان وشمویل باین واسطه خدا خواست
که این دختر در پیري شما تولد یابد وقتي که امید
شما کمتر شد وتا شک نداشته باشي در انچه ترا مي
کویم بجانب شهر راهي شو که در دروازه اوریا یعني
زر اندوده کوچ خودرا خواهي یافت که در جست وجوي
تو مي آید وچون ترا مي بیند شاد وشکفته مي شود این کفت
in nomine tuo ejecimus? & nonne multa miracula in nomine tuo fecimus? tunc temporis ipſis dicam: ego vos nunquam novi. recedite à me malefici. Quicunque audiet verba mea, & illa præſtabit, ſimilis [1] erit [2] prudenti qui domum ſuam ſuper lapidem durum exſtruxit. poſtea pluvia deſcendit, & torrentes venerunt, & venti ſpirarunt, & in domum illam irruerunt, & non cecidit: quia fundamentum ejus ſuper lapidem firmatum fuit. At quicunque [3] audiet verba mea, & ea non præſtabit, ſimilis erit ſtulto, qui domum ſuam ſuper arenam ædificavit. pluvia pluit, & flumina venerunt, & venti ſpirarunt, & in domum iſtam irruerunt, & cecidit, & caſus ejus magnus fuit. Quum illum ſermonem abſolviſſet, omnes ob doctrinam ejus obſtupuerunt, quia tanquam judiciali autoritate docebat, non ſicut Scribæ & Phariſæi ipſorum. Ab hoc deſiſtens, ad urbem Capernaum ivit. ibi Romanus quidam erat, centurio, juſtus vir & benignus, amicus Iudæorum, qui in ipſos beneficia conferebat. illi ſervus erat, dilectus, ſed valde ægrotus. ad advocandum Dominum Ieſum aſcendit, & dixit, Domine, puer meus domi æger jacet, & in phthiſi gravi eſt. Quidam ex Iudæis, qui in illo conſeſſu erant, dixerunt: dignus eſt cui benefacias, quia amans Iudæorum eſt, & [4] ſynagogam ex opibus ſuis nobis fecit. reſpondit ei, ego veniam & eum ſanabo. Romanus ille dixit: Domine mi, dignus non ſum ut in domum meam intres: ſed verbum dic, & ſufficit, & puer meus ſanabitur. quia ego etiam

[1] *malè* شوید eritis *in Autog.*
[2] *pro* انانی *legendum puto* دانای *ut conveniat cum Euangelio, & cum sequēte* کرد, *alioqui vertendum,* iis qui exſtruxerunt. *tum legēdum* کردند, *prout à quodam in Autogr. eſt emendatum.*
[3] *malè in autog.* نشنود non audit.
[4] *pro* جمعی *legendum puto* جمعه،

vir quidam in poteſtate ſum, & exercitum habeo. huic dico, i, & it: illi dico, veni, & venit: & ſervo meo dico, hoc fac, & facit. Dominus Ieſus, quum hunc ſermonem audiviſſet, admiratus eſt, & [1] ſequentibus ſe dixit: verè dico vobis, ego talem fidem in Iſraële non inveni. dico vobis, multos ex oriente & occidente venturos, & cum Abrahamo, Iſaaco & Iacobo in regno cœlorum ſeſſuros, & filios regni in tenebras exteriores ejectum iri, ubi fletus & ſtridor dentium erit. tunc Romano dixit, abi, fiat tibi ſicut credidiſti. ſtatim puer ejus ſanatus eſt.

[1] *ſcribitur* بيرون *quod* foras *ſignificat. legendũ fortaſſis* بيروان *quod* ſectatores *valet.*

Vivificatio juvenis mortui.

Hoc tempore cum in itinere ad civitates eſſet, cum univerſa multitudine diſcipulorum & aliis magnis, ad civitatem [2] Naim tranſiit. quum in portam urbis veniſſet, de improviſo obviam venit loculus mortui, quem ad ſepulchretum deferebant. juvenis erat, & unicus filius in domo matris; & mater ejus vidua. illa vidua etiam cum hominibus iſtius civitatis flens ibat. quum Dominus eam vidiſſet, miſertus eſt ejus, & dixit, noli flere. & acceſſit, & manum ad loculum extendit. illi qui portabant ſteterunt. protinus dixit: Iuvenis, tibi dico, ſurge. è veſtigio mortuus ille ſedit [3] & locutus eſt, & matri eum tradidit. ipſos timor corripuit, & Deum laudarunt, & dixerunt, Propheta magnus nobis manifeſtatus eſt, Deus ſuper populum ſuum oculos conjecit. hic rumor

[2] *malè* تعليم doctrina *eſt in Autograph. pro* نعيم ،

Vivificatio filii viduæ.

[3] *addidimus* كرد *quia deerat.*

inter

مردي بقدرت هستم ومرا لشكريست اين را ميكويم برو وميرود آن را ميكويم بيـــا ومي آيد وبنده خودرا ميكويم اين بكن وميكند حضرت ايشوع جون اين سخن بشنيد در شكفت شد وبيرون خود را كفت راست ميكويم بشمـــا من جنين ايمان در اسراييل نيافتم ميكويم بشما كه بسياري از مشرق ومغرب بيايند وبابراهيم واسحاق ويعقوب در ملك آسمان نشينند وپسران ملك در ظلمت بيروني انداخته شوند وانجـــا كريه وساييدن دندان باشد انكاه برومي كفت برو باشد ترا انجنانك صدق آوردي در ساعت كودك او صحت يافت ،

زنده كردن جوان مرده ،

درين هنكام كه در سير بشهرهـــا بود بـــا جماعت انبوه از شاكردان وديكر كلانان بشهر نعيم كذر كرد جون بدر شهر رسيد ناكاه از بيش آمد نعش مرده كه اورا بكورستان مي بردند جوان بود ويك پسر بخانه مادر ومادر او بيوه آن بيوه زن نيز همراه مردم آن شهر كريه كنان مي رفت جون خداوند اورا ديد برو رحمت آورد وكفت كريه مكن وبيش آمد ودست بنعش دراز كرد انانكه برداشته بودند ايستادند ناكاه كفت اي جوان بتو ميكويم برخيز همادم آمرده نشست وسخن [كرد] وبمـــادرش سپرد ايشانرا ترس كرفت وخدا را ستودند ومي كفتند بيغمبر بزرك براي مـــا بيدا شد خدا بر كروه خود نظر انداخت اين خبر

زندكي پسر بيوه زن ،

در

در همه يهودان ودر ولايتها كه حوالي ايشان بودند پراكنده شد وازين واقعه شاكردان يوحنا بدو خبر بردند واو در زندان بود ،

مقيد شدن يوحنا ،

سبب بند كردن يوحنا آن بود كه هردوس بزن برادر خويش فليب نام مايل شد نام آن زن هردوياس بود واورا بنكاح خود آورد واين بهيچ وجه حلال نبوده زيرا كه شوهر او زنده بود وملك هردوس اكرچه درين كناه بود ليكن بارها براي شنيدن وعظ يوحنا ميرفت واورا ارجمند ميداشت وبسخن او بسيار نيكوييها ميكرد روزي يوحنا تقريب يافته بي برده باو كفت حلال نيست كه زن برادرت بكيري واين سخن درو كاركر شد وهردوياس ازين اندوهناك كشت چرا كه مي ترسيد كه شايد باين سخن اورا جدا كند وكوشش كرد كه ملك هردوس را بر يوحنا بي اعتقاد سازد واورا بكشتن دهد وچندان سعي كرد كه بند كردن يوحنا بردل هردوس نشست تا باري در سخن كردن ملاحظه باشد ، ودرين زمان كه در زندان بود از معجزهاي مسيح اورا خبر دادند وكه ميدانست كه زود كشته مي شود جهد مي كرد كه شاكردانش پيش حضرت ايشوع روند ومي كفت كه اوست براستي مسيح آمدني ليكن ايشان چندان عاشق يوحنا بودند كه بهيچ وجه ازو جدايي

inter omnes Iudæos & in regiones quæ circum ipſos erant, diſperſus eſt. & de hac re geſta diſcipuli Iohannis eum certiorem reddiderunt, atque ipſe in carcere erat.

Incarceratio Iohannis.

Cauſa incarcerationis Iohannis fuit, quod Herodes in uxorem fratris ſui Philippi propendit. Nomen iſtius mulieris Herodias erat, eamq; matrimonio ſibi junxit: quod nullo modo licitum erat, quia maritus ejus vivebat. Rex Herodes, quamvis in eo peccato eſſet, tamen interdum ad audiendas conciones Iohannis ibat, eumque in pretio habebat, & ad verbum ejus multa rectè faciebat. die quodam Iohannes occaſionem nactus, [1] ſine obvelatione ipſi dixit, non eſt licitum, ut uxorem fratris tui capias. ille ſermo apud ipſum efficax fuit. at Herodias inde contriſtata eſt, quia timebat ne forte ob iſtum ſermonem ipſam ſepararet. & conata eſt efficere ut Rex Herodes Iohanni fidem non adhiberet, ipſumque morti traderet. ac tantum conatum adhibuit, ut incarcerare Iohannem in corde Herodis ſederit, ut tandem ſemel in loquendo cautior eſſet. Eo tempore quo in carcere fuit, de miraculis Chriſti ipſi nunciarunt. ille quum ſciret fore ut brevi interficeretur, operam dabat ut diſcipuli ejus ad Dominum Ieſum irent. & dixit, ille revera Chriſtus eſt qui venturus erat. verum illi adeo ſtudioſi Iohannis fuerunt, ut ullo modo ab ipſo ſeparari

[1] برده *mihi eſt* پرده velū, aulæum.

in animum non inducerent, neque credere vellent, quemquam eo meliorem venturum. & ut eos ad sequendum Christum magis pertraheret, atque in eum propensiores redderet, cogitavit ut quidam eorum [1] ad ipsum irent, atque ipsum & opera ejus admirabilia coram intuerentur. duos itaque viros ex ipsis elegit, & dixit, ite, & Iesum meo nomine interrogate, tu es qui venturus erat, an oculum in alium habebimus? illi iverunt, & Dominum Iesum in campo magno invenerunt, ut multitudinem hominum doceret, & [2] appropinquantes, nuncium Iohannis ipsi detulerunt, scilicet, tunc es qui venturus erat, an oculum in alium habebimus? Dominus Iesus in opere suo occupatus erat, & ut [3] vocationem suam confirmaret, mirabilia faciebat. ægrotis variis sanitatem dabat à morbo & à cœcitate, & mortuos vivificabat. ut enim eos qui venerant quietos redderet, noluit ipsis verbis respondere, sed factis, quæ sunt testimonia fortissima, quæ de se quisquam posset dare. Tum etiam faciendo ista mirabilia ostendit, impletum esse quod Esaias Propheta de ipso dixerat capite tricesimo quinto. estque hoc: Manus infirmas robustas facite, & genua impotentia fortia. enimvero ipse Deus venit, & vos salvat. eo tempore oculi cœcorum aperientur, & aures surdorum apertionem invenient. eo tempore claudus tanquam cervus saliet, & lingua mutorum solvetur. quia in deserto effodientur aquæ, & in solitudine torrentes. sensus est, misericordia & benignitas Dei in terra Iudææ

mani-

[1] *scribitur* پیش آوردند *id est* ante attulerunt, *quod hic neutiquã quadrat, substituimus* پیش او روند ad ipsum irent.

[2] *malè* نزدیک *in Autogr.*

[3] *vel* prædicationem, *qua vocabat homines ad salutem.*

قرار نمي دادند ونمیخواستند که اعتقاد کنند که کسي ازو
بهتر بیاید وتـا ایشان را به بیروي مسیح بیشتر کشد وبرو
مایلتر سازد اندیشه کرد که جندي از ایشان پیش او روند
واورا وکارهاي عجیب اورا مشاهده کنند بنابرین دو کسرا
ازینهـا بر کزید وکفت بروید وایشوع را از جانب من بپرسید
توبي ان آمدني یا چشم بدیکري داریم ایشان رفتند وحضرت
ایشوع را در میدان کلان یافتند که انبوه مردم را تعلیم مي
دهد ونزدیک شده بیغام یوحنـا بدو رسانیدند که توبي آن
امدني یـا چشم بدیکري داریم حضرت ایشوع بکار خود
مشغول بود وتـا دعوي خودرا به ثبوت رساند عجیب جیزها
کرد بیماران کوناکون را صحت داد از بیماري واز کوري
ومردکان را زنده ساخت که تا آمدهـا را تسلي کند نخواست
که ایشان را بکفتار جواب دهد بلک کردارهـا که اینهـا
هستند کواهیهاي قوي که از خود کسي تواند داد ونیز
بکردن این عجایبات وانمود که بجـا آمد انچه ایشعیـا بیغمبر
ازو کفته بود در فصل سي وبنجم واینست دستهاي ضعیف
را قوي کنید وزانوهاي ناتوان را نیرومند هر اینه همان خدا
آید وشمارا سلامتي دهد آن زمان چشمهاي کوران کشاده
شوند وکوشهاي کران کشایش یابند دران زمان
لنک همچو آهو بجهد وزبان کنکان کشـاده کردد
چرا که در بیـابان کافته شوند آبهـا ودر جنکل
جویهـا یعني رحمت ولطف خدا در زمیـن یهودا

اشکار

اشكار شود انكاه بـا ايشان رخصت داد وكفت برويد وآنچه
ديديد وشنيديد بيوحنا بيان كنيد كوران بينا مي شوند وكران
مي شنوند ولنكان براه مي روند وپيسان پاك مـــي شوند
ومردكان بر ميخيزند مسكينان را بشارت داده مي شود پس
خنك اورا كه در من شك نيارد ، ايشان رفتند وتـا مردم نه
پندارند كه يوحنا از كواهي خود بر كشته است اورا بستود
وفرمود بديدن چه بيرون آمديد سوي صحرا آيـا بديدن ني كه
بادش مي جنباند براي ديدن چه آمديد آيـا براي ديدن
مردي كه جامهاي نازك مي پوشيد آنانكه جامهاي نازك مي
پوشيد هراينه در خانه پادشاهانند براي چه بيرون آمديد كه
ببينيد آيا بديدن پيغمبري مي كويم بشما هر اينه او از پيغمبران
بزركتر است اينست آنكه ازو نوشته شده است اينكه فرشته
خودرا پيش روي تو فرستم تا راه ترا پيش تو هموار سازد راست
ميكويم بشمان هر اينه در زادكان زنان بزركوارتر از يوحنا معمد
بر نخاست آنكه كوچكتر است در ملكوت آسمان ازو بزركتر
است همه پيغمبران ودين تا روزكار يوحنا پيغمبري كردند واكر
خواهيد كه قبول كنيد او ايلياست كه خواهد آمد هر كه
كوش شنوا دارد بشنود ، معني اين سخن اينست چنانچه خود
بعد ازين بيان كرد كه همچنانكه نوشته شده است كه پيش
ازين كه مسيح براي داوري عالم بيايد ايليـا مي آيد وتعليم
مخالف دجال ميدهد ، اينچنين يوحنـا بهمان قدرت رياضت
وسختي آمد پيش از مسيح كه اكنون بـا شماست ونيز

manifestabitur. Tunc ipsis [1] veniam dedit, & dixit: ite, & quod vidistis & audivistis Iohanni declarate: cœci videntes fiunt, & surdi audiunt, & claudi in via eunt, & leprosi mundantur, & mortui resurgunt, pauperibus evangelizatur. itaque beatitudo ei qui in me scandalum non fert. illi abierunt. Et ut homines non existimarent, Iohannem à testimonio suo resiliisse, laudavit eum, & dixit: Ad quid videndum exiistis in agros? an ad videndum arundinem, quam ventus agitat? ad quid videndum venistis? an ad videndum hominem, qui vestibus mollibus est indutus? qui vestibus mollibus induuntur, utique in domo regum sunt. ad quid exivistis ut videretis? an ad videndum prophetam? dico vobis, utique ille prophetis major est. is est de quo scriptum est, Ecce angelum meum ante faciem tuam mitto, ut viam tuam ante te planam faciat. verè dico vobis, profecto inter natos mulierum gloriosior Iohanne Baptista non surrexit. is qui minimus est in regno cœlorum, illo major est. Omnes prophetæ & lex usque ad tempus Iohannis prophetarunt. & si vultis accipere, ille Elias est qui venturus est. quicunque aures audientes habet, audiat. sensus hujus sermonis est, quemadmodum ipse postea declaravit, scilicet, sicut scriptum est fore ut antequam Christus ad judicium mundi veniret, Elias veniret, & adversus [2] Antichristum doceret: ita Iohannes eadem potentia rigidæ in se disciplinæ & duræ vitæ venit ante Christum qui nunc vobiscum est. Atque etiam,

[1] *id est*, dimisit.

[2] *propriè* mendacem. *sic Antichristum* κατ' ἐξοχὴν *vocant*.

ſicut Elias vir rigidæ in ſe diſciplinæ fuit, ac tantopere ſtudioſus in hoc: ſic Iohannes eſt. Et quemadmodum Ieſabel [1] uxor Achabi regis Iſraël perſecuta eſt Eliam: ſic Herodias uxor Philippi Iohannem adeo eſt perſecuta, ut rex Herodes eum propter ipſam in carcerem conjecerit. Omnes qui Iohannem amabant, & [2] ab eo baptizati fuerant, quum audirent hanc laudationem quam ipſi Chriſtus fecerat, gaviſi fuerunt. Verum Doctoribus & Phariſæis non arriſit: quoniam ei fidem non adhibuerant, & baptiſmi ejus rationem non habuerant. Chriſtus eos redarguit & dixit: [3] Cui aſſimilabuntur homines hujus generationis? aſſimilo pueris qui in foro ſedent, & aliis pueris acclamant & dicunt, cecinimus vobis, vos non ſaltaſtis: lamentum fecimus vobis, non fleviſtis. venit Iohannes, [4] non edens nec bibens, & dixerunt, diabolum ſecum habet: venit filius hominis, edens & bibens, & tanquam alii cum ipſis ambulans, & dixerunt, hic homo eſt vini potor, & amicus publicanorum: cum ipſis enim ſocietatem habet. Deus voluit, ut hunc populum in hoc deſerto ad bonum deduceret. ſi illi ex ipſo fructum non perceperunt, ipſorum peccatum eſt. Et ſermonem producens, vehementiam in ipſos oſtendit. quoniam enim videndo tot miracula, emolumentum ab ipſo non reportarunt: & quoniam plerique ex regione Galilææ erant, ubi præ locis aliis plurimum docuerat, & miracula multa ediderat, ſpecialiter quaſdam illarum civitatum alloquens dixit: Væ tibi Corazin, & væ tibi Bethſaida:

[1] *ſcribitur* زن را، *delēdū videtur* را. *eſt enim nominativus.*

[2] *pro* از *lego* ازاو ab ipſo.

[3] *ad verb.* cum quo ſimilitudo fiet hominibus hujus generationis?

[4] *ad verb.* Qui non edebat nec bibebat.

quia

همجنانكه ايليا مردي مرتاض بود وجندان متعصب درين
همجنين يوحناست وهمجنانكه شيزه بيل زن را اكاب ملك
اسرايل در كمين ايليا بود اينجنين هرودياس زن فليپ يوحنا
را جندان كمين كرد كه ملك هردوس اورا بخاطر او در زندان
كرد، همه مردم كه يوحنا را دوست مي داشتند واز عمادا
كرفته بودند از شنيدن اين ستايش كه اورا مسيح كرد شاد شدند
اما دانايان وفريسين را خوش نيامد جون اورا بي اعتقاد مي
داشتند وعمادا اورا در حساب نمي آوردند مسيح ايشان را
ملامت كرد وفرمود بكه مانند كرده شود مردان اين قبيله را
مانند كنم بكودكاني كه در بازار نشسته باشند وديكر كودكان
را بانك زنند وكويند سرود كرديم براي شما شما رقص نكرديد
نوحه كرديم براي شما كريه نكرديد آمد يوحنا كه نمخورد ونمي
آشاميد وكفتند شيطان با خود دارد آمد آدمي زاده كه ميخورد
ومي آشامد وهمجون ديكران بايشان سلوك ميكند وكفتند اين
مردي است شراب خوار ودوستدار سودخواران كه بايشان
صحبت مي دارد خدا خواست كه اين كروه را باين بيابان سوي
نيكي بيارد اكر ايشان ازو نصيبه نكرفتند كناه ايشان است
وكفتار دراز ساخته بايشان سختي نمود كه جون بديدن جندان
عجايبات ازوي سود نبردند وجون بيشتري از ولايت جليل
بوده اند كه آنجا بيشتر جايهاي ديكر بيشتر تعليم داده بود
ومعجزها بسيار كرده بخصوص بعض آن شهرها را خطاب
كرده كفت واي بتو اي كرزين واي بتو اي بيت صيادا

اكر

اكر اكر اين عجايبات كه در شما شد در صور وصيدان
كرده شدي از دير بپلاس وخاكستر توبه ميكردند اما
ميكويم بشما هراينه صور وصيدان را در روز قيامت از شما
راحت بيشتر باشد وتواي كفرنحوم آيا باسمان خواهي بر
آمد رودست كه بدوزخ فروايي زيرا كه اين معجزها كه در
تو بوده است اكر در صدوم ميشد شايد كه تا امروز بر
پاي ميماند اما بتو ميكويم هر اينه زمين سدوم را در روز
قيامت از تو راحت بيشتر باشد *

رفتن مسيح به بيت المقدس *

ازينجا حضرت ايشوع سير كنان بشهرها وقريها را اورشليم
رفت ودرين شهر زني بود از شهر بتانيا مريم مجدلانيه نام همشيره
مرته هردو توانكر بودند پدر ايشان شيرو نام داشت ومادر
شان اوكاريه وايشان را برادري بود لعادر نام اين مريم مجدلانيه
جوان بود وتوانكر وخوش شكل وچون بي پدر پرورش كرفته
بود پريشان ميزيست وبطوري ميخواست مي كشت دوست
مي داشت كه منظوره ومحبوبه باشد وبرين سبب چيزها مي
كرد جامهاي فاخر مي پوشيد وخودرا آرايش وشوخيها
كردي حاصل كه در شهر اورشليم ببدكاري نامور بود
خواهرش مرته نام ازان باز كه از رفتن خون دايمي كه
هفت سال داشته است صحت يافته بود بحضرت ايشوع
معتقد بود وپيوسته كوشش داشت كه مريم را سوي
نيكوكاري

[1] quia si hæc miranda quæ in vobis facta sunt, in Tyro & Sidone facta fuissent, à longo tempore in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. At dico vobis, profecto Tyro & Sidoni die resurrectionis major refocillatio erit quam vobis. Et tu Capernaum, an in cœlum ascendes? prope est ut in infernum descendas. nam illa miracula quæ in te facta sunt, si in Sodom facta essent, [2] procul dubio ad hunc usque diem super pedes conspiceretur. At tibi dico, utique terræ Sodom die resurrectionis major refocillatio erit quam tibi.

Adventus Christi in Ierusalem.

Inde Dominus Iesus iter faciens per urbes & pagos, Hierosolymam venit. Et in hac urbe mulier quædam erat ex civitate Bethania, nomine Maria Magdalena, soror Marthæ. ambæ divites erant. pater earum nomen habuit Sirus, & mater [3] earum Eucheria. ipsisque frater erat nomine Lazarus. hæc Maria Magdalena juvenis erat & dives & pulchræ formæ. & quum sine patre educata esset, vaga vivebat, & [4] quomodo volebat versabatur, amabat conspici & diligi; & in hunc finem res [5] dirigebat. vestes superbas induebat, & sibi ornamenta indumentorum faciebat: adeo ut in urbe Ierusalem pro improba celebris fuerit. soror ejus Martha, ab eo tempore quo à profluvio sanguinis continuo quod septem annos habuerat, sanata fuerat, in Dominum Iesum crediderat, & perpetuum studium adhibuerat, ut Mariam ad

[1] *pro* اكر اكر *lego* كه اكر quia si.

[2] *ad verb.* convenit quod.

[3] *pro* شان *lego* ايشان

[4] *fortasse legendū* وبطوري كه

[5] *malè in autog.* *pro* مي كر مي كرد

justitiam adduceret. Sed quoniam in amictu radicem egerat, neque quicquam proficeret, tandem cogitavit[1] efficere, ut semel doctrinam Christi audiret. fieri posse, ut in corde ejus doctrina ejus cœlestis operetur. Et ut ipsam moribus ejus vinceret, de Christo referens dixit: totus mundus eum adit, ut eum audiat: admodum pulchrâ facie est, & in[2] sermone suavis. Itaque illa, tum ut eum videret, tum ut seipsam turbæ hominum ostenderet, ad Christum venit. Postquam eam vidit, volens eam ab[3] illecebris mundi avertere, sermonem suum statui ejus accommodavit, & de inconstantia mundi, & de turpitudine peccatorum, & de pœnis inferni verba fecit. & ut omnes ad resipiscentiam adduceret, de magnitudine misericordiæ Dei qua peccatores afficit, sermonem prolixum habuit: & verba adeo prementia locutus est, ut illa omnibus modis alia evaserit. Tum tale quid contigit: quod nempe eo die unus quidam ex Pharisæis Christum rogaverit, ut conviva suus esset. is, quum sciret hoc habitaculum domui istius peccatricis propinquum esse, consensit, & ivit, & in edendo occupati fuerunt. Maria peccatrix, quæ vulnerata erat, & in corde aliter disposita, interrogando deprehendit, Christum in domum istius Pharisæi venisse. nec ullam moram faciens, lagenam crystallinam plenam unguento gravis pretii sumpsit, & flens, dispersis capillis eodem loci venit, & in multitudine hominum se ad pedes Christi conjecit, neque vocabulum dicens, tota in fletu fuit. atque evenit

quod

[1] *propriè*, sic facere.

[2] كفتا i. q. كفتار

[3] *propriè* tractione.

نیکوکاری بیارد اما جون در شوخي بیخ کرفته بود وفایده نمیکرد آخر اندیشه کرد که طوري کند که او یکبار تعلیم مسیح شنود تواند بود که در دلش تعلیم آسماني او کار کند وتا اورا بروش او بر باید از مسیح خبر داده کفت. که تمام عالم بپش او میرود تا ازو بشنود بغایت خوش روست ودر کفتا نمکین واو هم از انکه اورا ببند وهم خود را بهجوم مردم نماید بپش مسیح رفت جون اورا دید بخواهش آنکه اورا از کشاکش دنیا بر آرد کفتار خود را بحال او موافق ساخت واز نا پایداري دنیا واز زشتي کناهان واز عقوبتهاي دوزخ سخن کرد وتا همه را بتوبه بیارد در بزرکي رحمت خدا که کنه کاران را مي کند سخن را دراز کردانید وجندان سخنان موثر کفت که او بجمیع وجوه دیکر کشت ، وجنان واقع شد که آن روز یکي از فریسیان مسیح را در خواست کرد که مهمان او شود او که مي دانست که این جایکاه بخانه ان عاصي نزدیکست راضي شد ورفت وبخوردن مشغول شدند مریم بدکار که زخمي بود وبدل دیکر کون پرسیده یافت که مسیح بخانه این فریسین رفته است وبي انکه دیر کند قرابه بلورین پر بخوشبوي کران بها کرفت وکریه کنان پریشان موي همانجا رفت ودر هجوم مردم خودرا در پاي مسیح انداخت وبي انکه حرف کوید همکي در کریه بود واین بجایي رسید

که

که پاي مبارک او باشک چشمان خود تر ساخت وبموي خشک ميکرد وبوسه ميداد وعطر را بپا ميماليد وچيزها را آن که سبب گناهان او بودند همه را بخدمت باز گردانيد واين همه چيزها ميکرد بي انکه سخن کند چرا که گريستن اورا فرصت سخن کردن نميداد مسيح مبارک خاموش بود وعاصي را در گريستن ونمودن نشانهاي توبه گذاشت ، اين همه مردم که انجا بودند از ديدن چيزي چندان عجيب وتازه حيرت مي نمودند وبد ميبردند چون آن زن را وسنگساري اورا خوب ميدانستند وبيشتر ازين که مسيح اورا چه طور گذاشته است که دست باو رساند خاصه آن فريسين که اورا مهماني خود ساخته بود در خود انديشه ميکرد وميگفت اگر اين پيغمبر بودي هر اينه دانستي که کيست وچسانست اين زن که دست باو ميرساند چرا که عاصي است مسيح که از انديشه دلش آگاه بود فرمود اي شمعون مرا با تو سخني است او گفت اي بزرگوار بگو انگاه فرمود يکي را بر دو کس وام بود بر يکي پانصد دينار وبر يکي پنجاه وچون تهي دست بودند وچيزي نداشتند که قرض اورا ادا سازند او هر دورا بخشيد کدام کس ازين هر دو اورا بيشتر دوست مي دارد شمعون جواب داد گمان من اينست که انکه اورا بيشتر بخشيد مسيح فرمود حق گفتي انگاه رو بسوي زن کرد وشمعون[1] گفت مي بيني اين زن را بخانه تو در آمدم وآب

quod benedictos pedes ejus lachrymis oculorum suorum irrigavit, & pilis siccavit; & osculum dedit, & unguentum pedibus inunxit. atque ea, quæ causa peccatorum ipsius fuerant, omnia in ministerium rursus invertit. atque hæc omnia faciebat, absque ut verbum ullum faceret, quia fletus ipsi opportunitatem loquendi non dabat. Benedictus Christus silens fuit, & peccatricem in fletu & ostensione signorum pœnitentiæ reliquit. Omnes illi qui isthic loci erant, quum viderent rem adeo mirandam & novam, obstupescebant & ægrè ferebant: quandoquidem mulierem istam, quodque lapidanda esset, probe noverant. maximè autem, quia Christus ipsi quovis modo permiserat ut manum sibi admoveret. Speciatim ille Pharisæus, qui ei convivium suum paraverat, in se cogitabat & dicebat: si hic Propheta esset, enimvero sciret quæ sit & qualis sit hæc mulier quæ manum ipsi admovet: nam peccatrix est. Christus, quum cogitationem cordis ejus sciret, dixit: Simon, mihi tecum verbum est. dixit, Magister, loquere. Tunc dixit: Cuidam duo viri debebant, unus quingentos denarios, alter quinquaginta. quumque pauperes essent & nihil haberent quo fœnus ipsi persolverent, ille utrique condonavit. uter illorum amborum eum maximè amabit? Simon respondit, opinio mea est, quod is cui plurimum condonavit. Christus dixit, verum dixisti. tunc faciem versus mulierem convertit & [1] Simoni dixit, Vides hanc mulierem? In domum tuam intravi, & aquam

[1] *pro* شمعون *lege* بشمعون *aut* شمعون را

ſuper pedes meos non effudiſti. at hæc mulier ſimulac intravit, lacrymis ambos pedes meos irrigavit, & pilis capitis ſiccavit. tu mihi oſculum non dediſti, at hæc ex eo tempore quo intravit, oſculandi pedes finem non fecit. tu caput meum oleo non unxiſti, at hæc unguento pretioſo pedes meos unxit. itaque tibi dico,[1] Peccata ejus condonata ſunt, quia multum amavit. cui parum condonatur, parum amat, parum miſericordiæ invenit. Tunc mulieri dixit, peccata tua condonata ſunt. Illi qui iſthic loci ſedebant, in cordibus ſuis cogitabant, Hic quis eſt, quod peccata condonet? Benedictus Chriſtus hæc non curavit. & iſti mulieri dixit, In pace vade, fides tua te ſervat. Illa ivit. & ab eo die omnino alterius qualitatis facta eſt. & ea quæ antea exemplum improbitatis fuerat, nunc exemplar bonorum operum fuit. & perpetuo in ſevera ſui diſciplina, & vita ſolitaria & meditatione myſteriorum Dei fuit. Et poſtquam Ieſus Chriſtus in cœlos iviſſet, Iudæi ipſam è regione ſua ejecerunt, & navi impoſitam relegarunt. [2] Illa eadem navi ad emporium Marſiliam dictum, quod in regno Franciæ eſt, pervenit, atque in illa terra Chriſtum & Evangelium ejus prædicavit, multoſque ad religionem ejus perduxit. Tunc montem quendam elegit, ibique triginta annis cum ſumma abſtinentia & cultu meditationis in crypta vixit. & ſingulis diebus ſepties eam Angeli in cœlos portabant. in hoc ſtatu mortua eſt. In hac urbe Ieruſalem, à Dæmone correptum ad Chriſtum adduxerunt, qui cæcus

&

[1] *fortaſſe omiſſum eſt* بسيار multa.

[2] *pro* اورا *ſolum* او *legendum putamus.*

بر پاي من نريختي واين زن همين كه در آمد باشك هر دو پاي من تر كردانيد وبموي سر خشك ساخت تو مرا بوسه ندادي واين ازان كاه كه در آمد از بوسيدن پاي پس نكرد تو سر من بروغن زيتون چرب نكردي واين بعطر كران بها پاي من چرب ساخت بنابرين ترا ميكويم كناهان او بخشيده شد زيرا كه دوست بسيار داشت هر كرا اندك بخشيده شود اندك دوست دارد اندك آمرزش يابد انكاه زنرا كفت كناهان تو بخشيده شدند آنانكه در انجا نشسته بودند در دلهاي خود انديشه مي كردند اين كيست كه كناهان مي بخشد مسيح مبارك ازينها پروا نداشت وان زن را كفت بسلامتي برو ايمان تو ترا خلاصي دهد ، او رفت وازان روز مطلق دكر كون كشت وانكه پيش ازين نشانه بدكاري بود اكنون نمونه نيك كرداري شد وهميشه در رياضت وعزلت وفكر اسرار خدا بود وبعد از انكه ايشوع مسيح بر آسمان رفت يهودان اورا از ملك خود بيرون كردند وبكشتي نشانده سر دادند واورا در همان كشتي به بندر مرسيله نام كه در ملك فرانسه است رسيد ودران زمين از مسيح وانجيل او خبر داد وبسياري را بدين او آورد انكاه كوهي اختيار كرد وهمانجا سي سال بغايت پرهيزكاري وعبادت فكري در غاري بسر برد وهر روز هفت بار اورا ملايكه باسمان مي بردند درين حالت مرد ، درين شهر اورشليم ديو كرفته را پيش مسيح آوردند كه كور

وكر

وكر وكنك بود مسيح اورا حاكمانه فرمود كه ازين مرد بيرون رو او همانـدم جدا شد وآنمرد كويا وبينا وشنوا كرديد مردم را شكفت شد ومي كفتند نه پسر داود است اين هر كز در ملك خود چنين نديديم فريسين را كه نيكنامي او زيان ايشان بود از شنيدن اين بد آمد وتا اورا بي اعتبار سازند ميكفتند كه ديوان را بقوت بلزبوب سردار ديوان ميراند مسيح چون از انديشه دلي ايشان خبر داشت فرمود هر پادشاهي كه مخالفت در خود دارد ويران شود وهر شهر وخانه كه خود بضد خود شد بر پاي نماند اكر شيطان شيطان را بدر ميكند ملك ايشان را منقسم شد پس ملكش چكونه بر پا ماند كه شمايان همديكر ميكوييد كه من ديوان را بقوت بلزبوب ميرانم واكر من ديوان را بقوت بلزبوب بدر ميكنم پسران شمايان بقوت كه بدر ميكنند بنابرين ايشان بر شمايان حكم كنند پس اكر من ديوان را بانكشت خدا بدر ميكنم هر آينه ملكوت خدا بشما رسيد ، هر كاه مردانه مسلح خانه خود را پاسباني ميكند هر چه در انخانه است در امنست وليكن اكر ازو تواناتري بيايد وبروي غالب شود همكي سلاح او كه بران اعتمادش بود ميكرد وهر چه دران خانه است مي ستاند آنكه با من نيست ضد منست وآنكه با من كرد نميكند پراكنده ميسازد ، هر كاه روح پليد از آدمي بيرون مي رود در زمينهاي بي آب وخشك مي كرد تا اسايش كيرد وچون نمي يابد ميكويد باز بخانه خود

& ſurdus & mutus erat. Chriſtus illi judiciali authoritate præcepit, Ex hoc homine exi. ille è veſtigio receſſit, & homo iſte loquens & videns & audiens factus eſt. Homines admirati ſunt, & dixerunt: nonne filius Davidis eſt hic? unquam in regione noſtra talia non vidimus. Phariſæis, quia bona fama ipſius damnum ipſorum erat, audire id diſplicuit. & ut eum inæſtimatum redderent, dixerunt: Dæmones virtute Belſebub principis dæmonum ejicit. Chriſtus, quoniam cogitationem cordis ipſorum cognitam habuit, dixit. Omne regnum quod diſſidium habet in ſe, [1] deſolatur, & omnis civitas & domus quæ ipſa ſibi adverſatur, ſtabilis non manet. ſi Satanas Satanam [2] ejicit, regnum ipſius diviſum eſt. itaque regnum ejus quomodo ſtabile manebit? quia vos [3] invicem dicitis, me dæmones virtute Belſebub ejicere. Et ſi ego dæmones virtute Belſebub ejicio, filii veſtri virtute cujus ejiciunt? quocirca illi ſuper vobis judicium facient. ſi itaque ego dæmones digito Dei ejicio, utique regnum Dei ad vos venit. Quando vir fortis armatus domum ſuam cuſtodit, quicquid in domo illa eſt, in ſecuritate eſt. ſed ſi illo potentior quidam veniat, & eum vincat, omnia arma ejus, in quibus fiducia ipſius erat, capit, & quicquid in domo illa eſt aufert. is qui mecum non eſt, contra me eſt: & qui mecum non colligit, diſſipat. Quum ſpiritus immundus ex homine quodam egreditur, in terras ſine aqua & ſiccas circumit, ut quietem capiat, & cum non invenit, dicit: rurſus in domum meam

[1] *malè* ويران *in Autogr.*

[2] *ad verb.* in oſtium facit. *Belg.* ter deure uyt-werpen.

[3] *legendū videtur* بهمديكر

ibo, unde exieram. & quum venit, eamque mundam, ſcopis purgatam & ornatam invenit, tunc abit, & ſeptem alios [1] pollutiores ſecum fert, & in ea domo habitant, & finis iſtius hominis pejor initio ejus eſt: Eo tempore quo hæc verba diceret, mulier quædam exclamavit & dixit: Beatus ille venter qui te portavit, & mamma quam ſuxiſti. verum Dominus Ieſus dixit: Imo beati ſunt qui verbum ejus audiunt & [2] præſtant. In hoc erat quum mater ejus & quidam ex conſanguineis venerunt. ſed præ multitudine hominum ad ipſum accedere impoſſibile fuit. quidam ad eum venit & dixit, mater tua & fratres tui foris ſunt, & deſiderium conſpectus tui habent. Dominus Ieſus reſpondit & dixit, quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? & Apoſtolos ſuos intuitus dixit, Ecce mater mea & fratres mei. quicunque enim facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ille eſt frater meus, & ſoror mea, & mater mea. Quamvis ſermonem ſuum prolixiorem faceret, homines ex fama miraculorum ejus plurimum confluxerunt. Phariſæi & Scribæ dixerunt: nobis ſignum in cœlo oſtende. Reſpondit ipſis & dixit: Generatio mala & adultera ſignum vult. & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Nam ſicut Ionas ſignum fuit Ninivitis, ſic filius hominis huic generationi erit. Nam ſicut Ionas Propheta [3] tres dies & noctes in ventre piſcis fuit, ſic filius hominis tres dies & noctes in corde terræ erit. Homines Ninivitæ in die reſurrectionis ſurgent, & hanc generationem judicabunt,

quia

[1] پلید ترا *valet* پلید تر را

[2] *ad verb.* & ſupra illud opus faciunt.

Chriſtus bonos, conſanguineos reputat. *Matth. c.* 12. *Luc. c.* 8.

Matth. c. 12.

Iona c. 2.

Signum cœleſte non dat, ſed ſignum mortis ſuæ.

[3] *ad verb.* tres nocturnos dies.

روم كه از انجا بر آمده ام وجون مي آيد وآنرا پاك روفته
وآراسته مي يابد آن هنكام ميرود وهفت تن ديكر پليد ترا همراه
خود مي آرد ودران خانه مقيم مي شوند وانجام ان مرد بدتر
ار آغازش باشد ، درين هنكام كه اين سخن مي كفت زني
بانك زد وكفت خنك آن شكم كه ترا آورد وبستان كه انرا
كمېدي ليكن حضرت ايشوع كفت بلكه خنك اند آنانكه
كفتار او مي شنوند وبران عمل مي كنند درين بود كه مادرش
وجندي از خويشان آمدند ليكن از هجوم مردم باو رسيدن
نتوان شد يكي بدو رسيد وكفت مادر تو وبرادرانت بيرون
هستند وآرزوي ديدار تو دارند حضرت ايشوع جواب داد
وكفت كيست مادر من وكيستند برادران من ونظر برسولان خود
كرده فرمود اينك مادر من وبرادران من زيرا كه هر كه ميكند
رضاي پدر من كه درآسمان است اوست برادر من وخواهر من
ومادر من ، هر جند سخن خودرا درازتر كرد مردم از آوازه
معجزهاي او بيشتر هجوم آوردند آن فريسين ونويسندكان كفتند
مارا نشانه در آسمان بنما بايشان جواب داد وكفت قبيله بد
وفاسق نشانه ميخواهد ونشانه داده نشود اورا مكر نشانه
يونس پيغمبر زيرا كه همجنانكه يونس نشانه بود براي نينويان
همجنين آدمي زاده براي اين قبيله باشد كه همجنانكه يونس
پيغمبر سه شبانه روز در شكم ماهي بود همجنان آدمي زاده
سه شبانه روز در دل زمين باشد مردم نينويـان در
روز قيامت بر خيزند وبرين قبيله محاكمه كنند

چرا

مسيح نيكان را خويش ميداند ، متي فصل يب لوقـا فصل ح ،

متي فصل يب يونس فصل ب ، نشان آسماني نميدهد بلكه نشان مرك خود

چرا كه ايشان بسخنان يونان توبه كردند واهنك اينجا از يونس
بزركتر استت، ملك جنوب بروز داوري بضد اين قبيله بر خيزد
ومحاكمه كند زيرا كه او از اقصاي زمين آمد تا حكمت را از
سليمان بشنود واينك اينجا از سليمان بزرك تراستت، درين كفتار
بود كه يكي از فريسين ازوي درخواستت كه مهمان او شود وباو
طعام خورد بخانه او در آمد ونشستت ودرين مجلس بسياري
از نويسندكان وفريسين فراهم بودند جون آن فريسي ديد كه
دستت نا شسته طعام مي خورد در شكفتت شد حضرت ايشوع
باو كفتت اكنون شمايان اي كروه فريسين بيرون جام وطبق
ميشوييد وليكن درون شما ببدكاري وستم پرستت اي نادانان
انكه بيرون را كرده استت او درون را نيز ساخته استت اي
فريسين كور نخستين درون كاسه را پاك كن انكاه
بيرون ايشان پاك باشد واي بشمان نويسندكان وفريسين كه
رياكارانيد زيرا كه شما ميمانيد بكورهاي سفيد كه از
بيرون مزين وآراسته ميمايند ودرون اينها پر از استخوان
مردكان وهر كونه پليديستت همچنين شمايان از بيرون مردم
را نيكوكار ودادكر ميمانيد اما اندرون بريا ودورويي وبدي
آموده ايد واي بشما اي فريسين زيرا كه دوستت مي داريد
بالا نشستي را در انجمنها وسلام را در بازارها يكي از دانايان
دين كفتت اي خداوند مارا بدين سخن اهانتت ميكني جوابش
داد وكفتت هم شمارا واي اي استادان دين چرا كه بر مردم بارهاي
كران مي نهيد كه بردن نميتوانند وخود شمايان سر انكشتت

بيارها

مسيح بزركتر از يونس وسليمان،

ملامتت دورويان،

quia illi ad verba Ionæ resipuerunt, & [1] ecce hîc Ionâ major est. Regina Austri in die judicii contra hanc generationem surget & judicabit. quia illa [2] ex finibus terræ venit, ut sapientiam Salomonis audiret, & ecce hîc Salomone major est. In hoc sermone erat, quum quidam ex Pharisæis ab eo postulavit, ut conviva suus esset, & secum cibum sumeret. In domum ejus intravit & sedit. & in eo consessu multi ex Scribis & Pharisæis convenerant. Quum ille Pharisæus videret, quod manibus illotis cibum caperet, miratus est. Dominus Iesus ipsi dixit: Nunc vos turba Pharisæorum, exterius calicis & patinæ lavatis, sed interius vestrum malitia & injuria plenum est. Fatui, is, qui exterius fecit, ipse interius quoque fecit. Pharisæi cœci, prius interius [3] poculi mundate, tunc exterius eorum mundum erit. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui hypocritæ estis: quia vos similes estis sepulchris albis, quæ extrinsecus ornata & speciosa [4] videntur, sed interius illorum plenum ossibus mortuorum, & omni genere pollutionis est. Ita vos extrinsecus hominibus probi & justi videmini, sed intrinsecus hypocrisi & [5] simulatione & malitia pleni estis. Væ vobis Pharisæi, quia amatis supremam sessionem in Synagogis, & salutationem in foris. Vnus quidam [6] ex doctoribus legis, dixit, Domine, nobis hoc sermone probrum facis. Respondit ei & dixit: Etiam vobis væ, Magistri legis, quia hominibus onera gravia imponitis, quæ portare nequeunt, & ipsi vos extremum digiti

[1] اينك *legendum puto. nam* اهنك *intentio est.*

[2] *pro* او از *malè in Autog.* او را،

Christus major Iona & Salomone.

[3] *Legendum fortasse* كاسه. *& addendū est* وطابق & patinæ, *quia sequitur pronomē plur.* ايشان *& pro* كن *legendū* كنيد

[4] *malè in autog.* ميمايند،

[5] *ad verb.* duplici vultu.

Increpatio hypocritarum.

[6] *malè* ازو ex eo *in Autogr. pro simplici* از

 [7] por-

[7] portationibus non admovetis. Phariſæis & Scribis hic ſermo gravis fuit, ac blaſphemare cœperunt, & ſermonibus ejus ſe involverunt.

[7] niſi forte pro بيارهـــا *legendum* ببارهـــا oneribus.

Exitus Chriſti è Ieruſalem.

E Ieruſalem exivit, & per villas ac pagos ambulavit & docuit. duodecim Apoſtoli in comitatu ipſius erant. quum in littus maris veniſſet, confluxus hominum maximus fuit. & quoniam undequaque turmatim & agminatim veniebant, in navem intravit, ac docendi eos initium fecit, & ſimilitudines attulit. Et ut modos impreſſionis, quam doctrina Dei in hominibus efficit, explicaret, hanc ſimilitudinem [1] adduxit. Sator exivit, ut ſeminaret. [2] inter ſerendum, pars ſuper viam cecidit, & pedibus calcata eſt, volucres cœli comederunt. Pars in lapidem durum cecidit, ubi pulvis ejus multus non fuit; ſtatim aſcendit, quia cavitatem non habuit; & quum Sol ſplenduit, aduſta eſt, & quia radicem non habebat, exaruit. quoddam in ſpinetum incidit: deinde ſpinæ creverunt, & illud ſuffocarunt, & à fructu dando cohibuerunt. Pars in bonam terram cecidit. exorta eſt, & crevit, & aucta eſt, & fructum dedit, unum centum, unum ſexaginta, unum triginta. tunc clamavit & dixit: Cui duæ aures audientes ſunt, audiat. Quum ſeorſim eſſet, diſcipuli ad eum acceſſerunt & dixerunt: Quare eſt, quod cum illis in parabolis verba [3] facis? Reſpondit ipſis & dixit: Vobis cognitio myſteriorum regni cœlorum data eſt: illis non eſt data, niſi in parabolis. nam quicun-

[1] *ad verb.* adduxerunt, *plurale honoris gratia. ut ſupra ſæpe.* Doctor ſimilis Satori.
[2] *ad verb.* in tempore ſemē ſpargendi.
[3] *malè in Autograph. ſcribitur* نميكني non facis. *correximus* ميكني facis.

ببارهـــا نميرسانيد فريسيان ونويسندكان را اين سخن كران آمد وافترا كردن كرفتند ودر سخنان او پيچيدند ٭

رفتن مسيح از اوريشليم ،

از اورشليم بيرون رفت ودر قريهـــا وديههـــا سير ميكرد وتعليم مي داد دوازده رسول در ملازمت او بودند هنكام كه بر كنار دريـــا رسيد هجوم مردم بيشتر شد جون از هر سو خيل وجماعه جماعه مي آمدند بكشتي در امد ودر تعليم ايشان آغاز كرد ومثلهـــا آورد وتـــا مراتب اثر را كه تعليم خدا در مردم ميكند بيان سازد اين مثل آوردند بذركر بيرون شد تا كشت كند در زمان تخم افشاندن پاره سر راه افتاد وپايمال كرديد پرندكان آسمان خوردند لختي در سنك لاخ افتاد جايي كه خاكش بسيار نبود در ساعت بر آمد زيرا كه ته نداشت وجون آفتاب تابيد سوخته كشت وجون بيخ نداشت خشك كرديد برخي در خارجا افتاد پس خارها ببالبد وآن را خفه كرد واز ميوه دادن بار داشت وپاره در زمين صالح افتاد درست وباليد وبزرك شد وبار داد يكي صد يكي شصت يكي سي انكاه بانك زد وكفت هر كرا دو كوش شنوا باشد بشنود وقتي كه تخلوت شد شاكردان بدو رسيدند وكفتند چراست كه بايشان بمثلهـــا سخن مـــي كني بايشان جواب داد وكفت بشمـــا معرفت اسرار ملكوت آسمانهـــا داده شد وبايشان داده نشد مكر در مثلهـــا كه

معلم مانند بذركر ،

هر

هر كه دارد اورا داده وافزوده شود وانكه ندارد انچه بدارد ازو كرفته شود يعني انكه بمقتضاي دانش خود كار مي كند دانش برو افزوده ميشود وهر كه موافق آن زندكاني نميكند ازوي كرفته ميشود ازين جهت مثلها بايشان مي آرم چرا كه ايشان مي بينند ونمي بينند مي شنوند ونمي شنوند ودر نمي يابند ودر ايشان بيغمبري ايشعيا بجا مي آيد كه كفت شنوند وشنيدني ودر نيابند وبينند ديدني ونه بينند هر آينه سخت شد دلهاي ايشان وكران كرديد كوشهاي ايشان وپوشيده كشت چشمهاي ايشان تا مبادا بچشمان خود بينند وبكوشهاي خود شنوند وبدلهاي خود دريابند وسوي من آيند وايشان را شفا دهم اما خنكي باشد بچشمان شما چرا كه مي بينند وبكوشهاي شما چرا كه مي شنوند راست ميكويم بشما بسياري از اوليا وانبيا آرزو كردند كه آنچه شما مي بينيد به بينند ونديدند وآنچه مي شنويد بشنوند ونشنيدند [انانكه حول او بودند با دوازده پرسيدند اورا دران مثل وكفت بايشان] اين مثل نميفهميد ديكر مثالها چكونه خواهيد فهميد مثل بذركر بشنويد بيانش اينست تخم سخن خداست وسر راه مردي كه كلام خدا مي شنود ونميفهمد وبدان توجه نميكند ومرغ رباينده شيطانست كه آنچه در دلش كاشته شد مي ربايد تا ايمان نيارد وسلامت نيابد ، انچه بر سنك لاخ افتاد انست كه آن را شنونده مي شنود وهماندم بعشرت بر ميكيرد وليكن زماني بيش در دلش پايداري

نباشد

[Margin:] ايشعيا فصل و،

[Margin:] كلام خدا تخم ،

quicunque habet, ei datur & auctior fit. at is, qui non habet, id quod[1] habebit auferetur ab eo. id est: Qui juxta requisitum scientiæ suæ operatur, scientia in ipso augetur. at qui secundum eam non vivit, ab eo auferetur. Ex hoc respectu parabolas ipsis adfero: propterea quod illi vident & non vident, audiunt & non audiunt nec intelligunt. Et in ipsis prophetia Esaiæ completur, quæ dixit: Audiant[2] etiam audiendo & non intelligant, & videant videndo & non videant. enimvero obdurata sunt corda eorum, & graves factæ sunt aures ipsorum, & tecti sunt oculi ipsorum, ut ne oculis suis videant, & auribus suis audiant, & cordibus suis[3] intelligant, & ad me veniant, & ipsos sanem. Sed beatitudo est oculis vestris quod vident, & auribus vestris quod audiunt. verè dico vobis, multi è Sanctis & Prophetis desiderarunt ut id quod vos videtis viderent & non viderunt, & quod auditis audirent & non audiverunt. [[4] Interrogarunt autem eum qui circa eum erant cum duodecim de ista parabola. Et dixit ipsis.] Hanc parabolam non intelligitis? alias parabolas quomodo intelligetis? parabolam Satoris audite. explicatio ejus hæc est. Semen, verbum Dei est. Et superficies viæ, vir est, qui verbum Dei audit, & non intelligit, neque ad illud animum advertit. Avis rapax, diabolus est, qui id quod in cor ejus satum est, rapit, ut fidem non proferat, & salutem non inveniat. Id quod super petram cecidit est, quod quis audit, & statim cum [5] gaudio accipit, sed diu in corde ejus constantia

[1] *malè in Autograph.* ندارد non habet, *lego* بدارد habebit. *aut simpliciter* دارد habet.

[2] *nisi forte in* وشنيدني *delendum* و. *Esa. cap. 6.*

[3] *malè in Autograph.* ودر يابند. *delevimus* و.

[4] *quæ parenthesi inclusa sunt, tam in Persico quam Latino, supplevimus ex Marc. 4. 10. 13. quia hiatus erat.*

Verbum Dei semen.

[5] *ita vertimus ex Euangelistis. sed vox Arab.* عشرة turbam, societatem *significat.*

Inconſtantia in Doctrina.

non eſt: & quando adverſitas & difficultas propter verbum veritatis oritur, ſtatim offenditur, & impingit. Id quod in ſpinetum ſatum eſt, verbum eſt veritatis, quod quis audit, & ſollicitudines temporales, & fallaciæ divitiarum, & cupiditates vitæ illud verbum in ipſo ſuffocant, & vir ille ſine fructu & ſine utilitate manet. Id quod in terram bonam ſatum eſt illud eſt, quod quum quis audit, verbum Dei corde bono & puro audit, & intelligit, & in actum deducit, & fructum dat, alius centum, alius ſexaginta, alius triginta. innuit unumquemque pro modulo aptitudinis ſuæ.

Mundus impedit bonum.

Doctrina Dei in corde bono.

Profert parabolas alias.

Parabolam aliam protulit & dixit: Regnum cœlorum ſimile eſt viro, qui ſemen bonum in arvum ſuum ſevit. & quum nox advenit, & homines [1] dormirent, inimicus ejus venit, & [2] lolium in medium tritici ejus ſevit & abiit. quando triticum crevit, & fructum dedit, & illud lolium ſe prodidit, miniſtri iſtius patris familias venerunt, ipſique dixerunt: Domine, nonne ſemen bonum in agrum tuum ſeviſti? unde hoc lolium protulit? is dixit, veriſimiliter hoc opus inimici eſt. famuli ejus dixerunt, vis eamus, & illud colligamus? is dixit, ne forte colligendo lolium [3] triticum etiam diſſipetur. ſinite ambo creſcere, donec tempus meſſis veniat. tunc temporis meſſoribus dicam: primo lolium colligite, & faſciculos ad comburendum ligate, verum triticum in horrea mea congregate. Quum domum venit, diſcipuli explicationem hujus parabolæ

[1] *pro* عنودند *legendum puto* غنودند،

[2] *ad verbum*, amarum frumentum.

[3] *malè in autog.* كند،

postu-

نباشد وجون سختي ودشواري بجهت كلام حق بيدا شود
ماندم شك مي آرد ومي لغزد، انچه در خارجا كاشته شد
كلام است از حق كه آن را شنونده مي شنود وانديشهاي
زمانه وفريبهاي دولت وآرزوهاي نفس آن كلام را دروي خفه
مي كند وانكس بي ثمره وبي سود ميماند، آنچه در زمين
صالح كاشته شد آن است كه آن را شنونده كفتار خدا بدل
خوب وپاك مي شنود وميفهمد وبعمل مي آرد وبر ميدهد يكي
صد يكي شصت يكي سي يعني هر كسرا باندازهء استعداد او،

بي استقامتي در تعليم،

دنيا مانع نيكي

تعليم خدا در دل نيك،

آورد مثلهاي ديكر،

مثل ديكر آورد وكفت ملكوت آسمان ميماند بمردي كه تخم
نيك در مزرعه خود كشت وجون شب در آمد ومردم عنودند
دشمن او امد وتلخ دانه در ميان كندم او كشت ورفت هر
كاه كندم روييد وبار داد وآن تلخ دانه بديد آمد
خدمتكاران آن كدخدا آمدند وباو كفتند اي خداوند نه
تخم نيك در كشت خود كاشتي از كجا اين تلخ دانه آورد
او كفت همانا اين كار دشمنست غلامانش كفتند ميخواهي كه رويم
وان را جمع سازيم او كفت مبادا بكرد كردن تلخ دانه كندم نيز
پراكنده شود بكزاريد كه هر دو ببالند تا زمان درو رسد
آن زمان دروندكان را بكويم نخست تلخ دانه كرد آريد
وبارها براي سوختن بر بنديد اما كندم را در خورزينهاي
من جمع سازيد، جون بخانه رسيد تلاميد بيان اين مثل

خواستند

خواستند بايشان فرمود آن بذركر آدمي زاده است وزمين صالح
دنيا وتخم پسران ملكوت تلخ دانه فرزندان بدكار وآن
دشمن كارنده شيطانست هنكام درو پايان جهان دروندكان
فرشتكانند پس همچنانكه تلخ دانه جيده ودر آتش سوخته
شود همچنانكه آدمي زاده در پايان دنيا فرشتكان خودرا
فرستد وايشان همه ستمكاران وبدكرداران در ملكوت او كرد
آوردند ودر تنور آتش اندازند آنجا باشد كريه وسايدن دندان
آن زمان نيكوكاران در ملكوت پدر مانند آفتاب روشن شوند
مي
فصل يج، هر كرا دو كوش شنوا باشد شنود مثل ديكر آورد ملكوت آسمان
ميماند بذخيره كه در بيابان نهان باشد آنرا جون كسي يابد
آرزوي خير، پنهان كند وبشادي رود وهر انچه دارد فروخته آن زمين را
خرد نيز فرمود ملكوت آسمان ميماند ببازركاني كه كوهر بيش بها
آرزوي خير، ميجويد جون كوهر بيش يافت رفت وهر انچه داشت فروخته
آنرا بدست آورد وتا بيان كند كه نيكان وبدان درين دنيا
نيكان وبدان درين دنيا مخلوط، چكونه آميزش دارند مثل آورد وكفت ملكوت آسمان ميماند
بدامي كه بدريا افتاد واز هر كونه ماهي كرد آورد وجون پر
شد بيرون كشيدند وبكنار نشسته ماهيهاي خوب در آغازها
بنهادند وزشت انداختند همچنين در پايان اين جهان
ملايكه بيرون آيند وبدان را از نيكان جدا كنند ودر تنور
آتش اندازند آنجا باشد كريه وسايدن دندان ، انكاه بايشان
كفت اين همه فهميديد كفتند بلي فرمود هر كاتب دانا در
ملك آسمان ميماند بمردي كدخدا كه از اندوختهاي كهنه

poſtularunt. dixit ipſis : Iſte ſator filius hominis eſt,
& terra bona mundus, & ſemen filii regni, lolium
filii Mali : & iſte inimicus ſator Diabolus eſt : tem-
pus meſſis finis mundi : meſſores Angeli ſunt. Ita-
que ſicut lolium colligitur, & in igne comburitur,
[1] ſic Filius hominis in fine mundi Angelos ſuos mit-
tet, & illi omnes iniquos & [2] mala opera in regno
ejus [3] colligent, & in fornacem ignis conjicient, ibi
erit fletus & ſtridor dentium. eo tempore juſti in
regno patris inſtar ſolis lucebunt. Cuicunque ſunt
duæ aures audientes, ad illud attendat. Parabolam
aliam attulit. Regnum cœlorum ſimile eſt theſau-
ro qui in deſerto abſconditus eſt. eum quum vir
quidam invenit, occultat, & cum gaudio abit, &
quicquid habet vendens, iſtam terram emit. Præ-
terea dixit, Regnum cœlorum ſimile eſt merca-
tori, qui margaritam magni pretii quærit. quando
margaritam præſtantem reperit, abiit & quicquid
habuit vendens eam ſibi comparavit. Et ut decla-
raret, boni & mali in hoc mundo quomodo permiſ-
ceantur, parabolam protulit & dixit : Regnum
cœlorum ſimile eſt reti, quod in mare injectum eſt,
& omnis generis piſces collegit, & quum plenum
eſſet, extraxerunt, & in littore ſedentes piſces bo-
nos in vaſa repoſuerunt, & fœdos abjecerunt. Sic
in fine hujus mundi Angeli prodibunt, & malos
à bonis ſeparabunt, & in fornacem ignis injicient,
ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc ipſis dixit,
Hæc omnia intellexiſtis? Dixerunt, Ita. dixit:
Omnis Scriba edoctus in regno cœlorum ſimi-
lis eſt viro patri-familias, qui ex theſauris vetus

[1] *pro* همچنانكه *hic* همچنان *legendum putamus.*
[2] *ſi legeretur* بدكاران *eſſet*, mala operantes.
[3] *pro* آوردند *quod præteritū eſt, lego* آرند
Matth. c. 13.

Deſideriũ boni.

Deſideriũ boni.

Boni & mali in hoc mundo permixti.

& novum profert. Multas parabolas eo tempore quo docebat attulit. atque ita in pſalmis de ipſo

Pſalmorum Sectione 77.

ſcriptum fuit, In parabolis os meum aperiam, & manifeſtabo ea quæ in initio mundi occulta manſerunt.

Mittit Chriſtus Apoſtolos ſuos.

Apoſtolos ad prædicationem mittit.

Eo tempore binos binos ex duodecim Apoſtolis ad prædicationem deſignavit, iiſque ſuper animas hominum poteſtatem dedit, & dimiſit ac dixit: Ad Gentes ne ite, & in urbes Samaritanorum ne intrate: ſed ite verſus oves quæ ex domo Iſraëlis perditæ ſunt. quum adveneritis, prædicate & dicite, utique regnum cœlorum appropinquavit. ſanate ægros, ſuſcitate mortuos, mundate leproſos, ejicite dæmonia. gratis accepiſtis, gratis date. ne theſauriſate aurum neque argentum neque æs in loculis veſtris in itinere. atque etiam peram ne habete, aut tunicam, neque ſandalia, neque baculum. quia operarius dignus eſt alimento ſuo. In quamcunque urbem aut vicum intratis, de viro quodam qui dignus ſit, inquirite, atque ibidem manete donec exeatis. Et quando in domum intratis, ſalutem dicite ei his verbis, Pax huic domui. Et ſi illa domus digna eſt, pax veſtra [1] [ſuper eam veniat: & ſi digna non eſt, pax veſtra ad vos] revertatur. Et quicunque non credit vobis, & ſermonem veſtrum non audit, [2] quum ex ea domo aut ex ea urbe exitis, pulverem è pedibus veſtris diſcutite. verè dico vobis, terræ Sodomæ & Gomorrhæ in

[1] *hiatus hic eſt in Autog. quem ex Matt.* 10. 13. *tum Perſicè tum Latinè ſupplevimus parentheſi.*

[2] *pro* جوان *legendū* جون *putamus.*

die

ونو برون آرد بسیار مثلها در هنکام تعلیم می آورد واینجنین در

زبور فصل عز ،

زبور ازو نوشته شد که بمثلها دهان خود خواهم کشاد وظاهر خواهم ساخت آن جیزها که در آغاز جهان پوشیده مانده اند ،

فرستادن مسیح رسولا خود ،

درین هنکام دوکان دوکان را از دوازده رسول بدعوت نامزد

رسولان بدعوه میفرستد ،

کرد وایشان را بر جانهای عالمیان مقدرت داد ورخصت فرمود وکفت بیش امتان نروید وبشهرهای سامریان نه در آیید بل روانه شوید بسوی کوسفند مادها که از خانه اسراییل کم شده اند جون رسیده باشید ندا کنید وکویید که هر آینه ملکوت آسمان نزدیک رسیده است شفا دهید بیماران را بر انکیزانید مردکان را پاک سازید پیسان را بیرون کنید دیوان را رایکان کرفتید رایکان بدهید ذخیره نسازید زر نه سیم را ونه مس را بکیسهای خود در سفر وهم نکاه ندارید وجامه ونه موزها ونه عصا جرا که کارکن سزاوارست طعام خویش را بهر شهر ودیه که در ایید از کسی که شایان باشد تفحص کنید وهمانجا باشید تا وقتی که بیرون روید وجون بخانه در آیید سلام کویید آن را باین سخن سلام این خانه را واکر آن خانه سزاوارست سلام شما [برو بیاید واکر سزاوار نیست سلام شما بسوی شما] باز میکردد ، وهر که شما را انکرود وسخن شما نشنود جوان ازان خانه یا ازان شهر بیرون روید کرد از قدمهای خود بیفشانید راست میکویم بشما بزمین سدوم وغامور در

روز

روز قيامت ازان شهر راحت بيشتر است ، هر آينه من مي
فرستم شما را همچون کوسفند مادها ميان کرکان پس حکيمان
باشيد بسان مار وساده دل همچو کبوتر ، از مردم ملاحظه
باشيد که شمارا در محفلها بسپارند ودر محکمها شکنجه کنند
وپيش حاکمان وپادشاها برده شويد از جهت بکواهي ايشان
وامتان ، وچون سپرده شويد انديشه نکنيد که چکونه وچه چيز
کوييد بدرستي که دران ساعت داده شود شما را انچه خواهيد
کفت چرا که ان کويندکان نه شماييد بلکه روح پدر شما
که در شما کوينده باشد ، وزماني آيد که برادر برادر را بمرک
سپارد وپدر پسر را وپسران بر پدران خويش برخيزند وايشان
را بکشند ودشمن دارند شما را همه مردم از جهت نام من وانکه
تا آخر بشکيبد اورا سلامتي بايد ، چون شمارا آواره کنند وازين
شهر برانند بديکر شهر بکريزيد راست ميکويم بشما هر
آينه تمام شهرهاي اسرايل را هنوز تمام نساخته باشيد که آدمي
زاده رسيده باشد نه شاکرد افزونترست از آموزکار خود
ونه بنده فاضلتر از خداوند خود پس بس باشد شاکرد را
که همچون آموزانده خود وبنده را که مانند صاحب خود
هر کاه خداوند خانه را مهتر ديوان نام کنند مردم خانه او
چه رسد ، پس از ايشان مترسيد هيچ پوشيده نيست که
ظاهر نشود وهيچ نهفته نيست که اشکارا نکردد آنچه
کويم بشما در تاريکي شما آن را در روشنايي بکوييد وهر آنچه
بکوش بشنويد بر بامها منادي کنيد ، ميکويم بشما

اهل دعوت محنتها مي کشند

متي فصل ي، لوقا فصل يب

dic resurrectionis quies major erit quam isti urbi. Vtique ego mitto vos tanquam oves in medium luporum. quocirca prudentes estote in modum serpentis, simplices corde ut columbæ. Ab hominibus cavete vobis, quia vos in Synagogas tradent, & in dicasteriis tormentis afficient, & ad judices & reges ducemini, ut sit in testimonium ipsorum & Gentium. Et quum trademini, ne solliciti estote quomodo & quid locuturi sitis. profecto enim in illa hora dabitur vobis id quod loquemini. nam locutores non vos estis, sed spiritus patris vestri qui in vobis loquetur. Et tempus quoddam veniet, quod frater fratrem in mortem tradet, & pater filium, & filii in parentes suos insurgent, eosque occident. & odio habebunt vos omnes homines ob nomen meum. & qui usque ad finem tolerabit, ad eum salus pertinet. Quando vos persequentur, & ex hac urbe expellent, in aliam urbem fugite. verè dico vobis, profecto omnes urbes Israëlis adhuc non absolveritis, quum Filius hominis veniet. non est discipulus major doctore suo, neque servus præstantior domino suo. sufficiat discipulo ut sicut doctor suus, & servo ut sicut dominus suus [1] sit. Siquidem dominum domus principem dæmoniorum appellant, domesticis ejus quid eveniet? Itaque ab illis ne timete. quicquam occultum non est, quod non manifestabitur, & quicquam opertum non est, quod non revelabitur. quod dico vobis in tenebris, vos id in luce dicite, & quicquid in aure audietis, super tecta [2] prædicate. Dico vobis

Prædicatores afflictiones patiuntur.

Matt. c. 10. *Luc. c.* 12.

[1] *omissum hic videtur. adeoq; restituendum* شود *vel* باشد fit.

[2] *malè in Autograph.* كنند،

Matth. c.10. Luc. c.12.

amici mei: Ne timete ab iis qui corpus occident, & animam perdere non possunt. ostendam vobis à quo timebitis. timete à viro [1] qui poterit animam & corpus in inferno perdere. Sic dico vobis, ab illo timete. Nonne duo passerculi uno assario venduntur, & unus ex eis sine jussu patris vestri super terram non cadit? at ex vobis usque ad capillos capitis vestri numeratum est. itaque ne timete. quia vos multo meliores estis passerculis. Qui in me coram hominibus credit & confitetur, de ipso coram Patre meo qui in cœlis est confitebor. & quicunque coram hominibus me abnegat, ego coram Patre meo qui in cœlis est ipsum abnegabo. Ne putate quod venerim ego, ut pacem in terram injiciam, non veni ad injiciendam pacem, sed gladium. veni ut dividam filium à patre suo, & filiam à matre sua, & nurum à socru sua. quia inimici hominis domestici ejus sunt. Quicunque patrem aut matrem magis quam me amat, [2] nobis dignus non est. & quicunque filium aut filiam magis quam me amat, is dignus me non est. & qui crucem suam non attollit, & me non sequitur, dignus me non est. qui seipsum invênit, perdidit se, & qui propter me amittit se, se invênit. qui vos recipit, recipit eum qui me misit. qui prophetam in nomine prophetæ recipit, mercedem Prophetę accipiet. & qui justum in nomine justi recipit, mercedem justi capiet. Et qui calicem aquæ frigidæ uni ex parvulis meis simpliciter in nomine discipuli [3] dederit, verè dico vobis, profectò merces ejus non deficiet. Apostolos suos hisce & aliis sermonibus docuit, Euangelium ipsius quomodo

oporteret

[1] *scriptum erat* كه بتواند هلاك كردن *induxit quis* & كردن *supposuit* كند. *male. sic n. post* بتواند *debuisset sequi* كه *ad verbũ, poterit ut perdat, i. perdere. at* كه *omisso, debuit sequi Infinitivus.*

Spes in Deum.

[2] *id est* me. *plurale honoris gratia.*

[3] *malè* دارد *habet in Autograp. substituimus* داد. *ut* ر *sit superfluum.*

مَتي فصل ي، لوقا فصل يب

اي دوستان من مترسيد از ايشان كه تن را بكشند وجان را هلاك
كردن نيارند بنمايم شمارا كه ازكه ترسيد بترسيد از كسي كه بتواند
جان را وتن را بدوزخ هلاك كردن اينچنين ميكويم بشما ازو
بترسيد نه دو كنجشك بيك پل فروخته ميشوند ويكي ازينها بي
فرمان پدر شما بر زمين نيفتد اما از شمايان تا تارهاي موي سر
شما شمرده شده است پس مترسيد كه شما بسي بهتر هستيد از
كنجشكان هركه بمن پيش مردم بكرود واقرار كند ازو پيش پدر
خود كه در آسمانهاست اقرار كنم وهركه پيش مردم از من منكر
شود من پيش پدر خود كه در آسمانهاست ازو منكر شوم، مپنداريد
كه آمده ام من تا آشتي بر زمين اندازم نيامده ام براي انداختن
آشتي ليكن شمشير امده ام تا جدا بكنم پسر را از پدر خود ودختر
را از مادر خود وعروس را از خسور خود چرا كه دشمنان آدمي
خانكيان اويند، هركه پدر را يا مادر را پيش از من دوست دارد
مارا نشايد، وهركه پسر يا دختر را پيش از من محبت دارد او
لايق من نيست، وهركه صليب خود بر ندارد وپيروي من نكند
سزاوار من نيست هركه خود را يافت هلاكش ساخت وهركه
بجهت من ترك خود كند خود را يافته بود انكه شما را قبول كند
قبول كرده باشد اورا كه مرا فرستاده است هركه پيغمبر را بنام پيغمبر
قبول كند مزد پيغمبر بكيرد، وهركه نيكوكار را بنام نيكوكار قبول
كند مزد نيكوكار ستاند، وهركه كاسه آب سرد بيكي از كودكان من
محض بنام شاكرد داد راست ميكويم بشما هر اينه مزد او كم نشود،
رسولان خود را باين وديكر سخنان تعليم داد كه از انجيل او چكونه

اميد بخدا،

بايد

بايد كه آكاهي دهند وچسان بعالم بكروند وچطور بر دارند ودر
جفاهاي خود چه استقامت نمايند ونيكي كنند باانكه ايشان را
بدي كنند وخبر داد از محنتها كه ايشان وديكر مومنان
خواهند كشيد واز پاداشي كه خدا بايشان وديكر بي روان
خواهد داد اكر بندكي كنند ودر اقرار او استقامت نمايند
پس در شهرها وديهها مي كشتند ومي كفتند كه توبه كنيد واز
مسيح خبر ميدادند وديوان وشياطين را بدر ميكردند
وبيماران را روغن ميماليدند وصحت ميدادند *

قتل يوحنا ،

كرارده شد كه يوحنا را هردوس در زندان كرد وزنش
هردوياس نام بسيار آرزو داشت وكوشش ميكرد كه يوحنا
كشته شود اما بكام نميرسيد چرا كه هردوس از يوحنا ملاحظه
ميكرد ومي دانست كه هر اينه مردي است پاك سيرت
وبرو اعتقاد داشت وبر سخنان او عمل ميكرد روزي جشن
ولادت هردوس بود مهماني كرد وبزركان وسرداران جليل را
طلبيد درين هنكام دخترش درامد ورقص كرد هردوس وديكر
اهل مجلس را خوش افتاد انكاه بدخترك كفت از من بخواه
هر چه ميخواهي ترا ميدهم وقسم خورد وكفت كه هر چه
خواهي بدهم اكر چه نيمه ملك من باشد ودختر بيرون
شد ومادر خود را پرسيد كه چه چيز در خواست كنم
مادرش كفت سر يوحنا دختر سوي ملك شتاب آورد
وكفت ميخواهم كه سر يوحنا بر طبق نهاده بمن دهي

ملك

oporteret prædicare, & quomodo in mundo [1] versarentur, & quomodo paterentur, & in perpessionibus suis quam constantiam ostenderent, & bene facerent iis qui ipsis male faciunt. & indicavit molestias, quas ipsi & alii fideles essent passuri, & retributionem quam Deus ipsis & aliis sectatoribus esset daturus, si servirent & in confessione ejus constantiam ostenderent. Itaque per urbes & pagos circumiverunt, & dixerunt, resipiscite. & Christum prædicarunt, & dæmonia ac diabolos ejecerunt, & ægris oleum inunxerunt & sanarunt.

[1] *legendum putamus* بكردند ،

Occisio Iohannis.

[2] Jam ante dictum fuit, quod Iohannem Herodes incarceraverat. & uxor ejus nomine Herodias multum desiderabat & studebat ut Iohannes occideretur. verum ad intentionem non veniebat, quia Herodes Iohannem observabat, & sciebat quod revera vir esset sanctus conversatione, ipsique fidem habuit, & juxta verba ejus faciebat. Die quodam festo natalitia Herodis erant. convivium fecit, & magnates ac præfectos Galilææ invitavit. Eo tempore filia ejus intravit & saltavit. Herodi & cæteris convivis [3] placuit. tunc filiolæ dixit: à me postula quicquid volueris, tibi dabo. & juravit ac dixit, quicquid petieris dabo, etiamsi dimidium regni mei esset. Filia exivit, & matrem suam rogavit, quid postulabo? mater ejus dixit, Caput Iohannis. Filia ad regem festinavit & dixit, postulo ut caput Iohannis patinæ impositum mihi des.

[2] *ad verb.* relictum fuit.

[3] *ad verbum*, bona cecidit. *Belg.* wel bevallen.

Rex

Rex juramenti ſui pœnitens fuit. verum propter juramentum & accumbentes noluit eam inde fruſtrare, & contriſtare. Carnificem accerſivit & dixit, vade & caput ejus patinæ inditum adfer. ille ivit, & caput ejus amputavit, & patinæ inditum attulit, & filiæ tradidit. illa accepit & matri ſuæ dedit. diſcipuli Iohannis audiverunt, & corpus ejus ſublatum pulveri tradiderunt, ac Domino Ieſu id annunciarunt. Eo tempore fama Chriſti ad regem Herodem venit, & opera mirabilia ejus audivit. quidam dicebant, Iohannes eſt qui ex mortuis reſurrexit. alii dicebant, Elias manifeſtatus eſt. quidam dicebant, Propheta quidam eſt veluti reliqui prophetæ. Quum Herodes audiviſſet, dixit: Ego caput Iohannis amputavi: procul dubio è mortuis reſurrexit: [1] [propterea] veneranda exhibet. Eo tempore quidam è Phariſæis ad Chriſtum venerunt & dixerunt: Ex hoc loco exi, nam Herodes quærit occidere te. Reſpondit & dixit: ite, iſti vulpi dicite, hodie & cras dæmonia ejicio, & ægros ſano, die tertio conſummor. Et me oportet hodie (&) cras perſiſtere, & die poſtero abire. quia ullus Propheta extra urbem ſuam non periit. Apoſtoli qui miſſi fuerant, reverſi ſunt, & ea quæ fecerant & docuerant ſigillatim coram ipſo explicuerunt. dixit ipſis, vos in ſolitudinem ite, ut requiem capiatis. hoc dixit, quia venientes & euntes tot erant, ut oportunitatem cibi edendi non habuerint.

[1] *parentheſi inclusum addidimus ex Matth. 14. 2. tum in Perſic. tum in Lat. quia ſenſus poſtulat.*

Pro-

ملك از سوكند خود بشمان شد اما بواسطه قسم ومجلسيان نخواست كه اورا ازين باز دارد وآزرده كند جلاد را طلبيد وكفت برو وسرش در طبقي كرده بيار او رفت وسرش بريد ودر طبق كرده آورد وبدختر سپرد او كرفت وبمادر خود داد شاكردان يوحنا شنيدند وتنش بر داشته بخاك سپردند وحضرت ايشوع را ازين خبر دادند درين هنكام آوازه مسيح بملك هردوس رسيد وكارهاي عجيب اورا شنيد بعضي كفتند يوحناست كه از مردكان برخاست وديكران مي كفتند ايليا بيدا شد وجمعي مي كفتند بيغمبري است همجنان ديكران بيغمبران جون هردوس شنيد كفت من سر يوحنا بريده ام شايد كه او از مردكان بر خاسته است [از جهت اين] كرامتها مينمايد درين زمان جندي از فريسين بيش مسيح آمدند وكفتند ازينجا بيرون رو كه هردوس در طلب كشتن تست جواب داد وفرمود برويد بان روباه بكوييد امروز وفردا ديوان ميرانم وبيماران را صحت ميدهم روز سيوم تمام مي شوم ومرا بايد كه امروز فردا مقيم باشم وروز آينده بروم زيرا كه هيج نبي بيرون شهر خود هلاك كرده نشد رسولان كه فرستاده شده بودند باز آمدند واز انجه كرده وآموخته بودند يك يك بيش او بيان كردند بايشان فرمود كه شمايان بخلوت آييد تا اسايش كيريد اين كفت جرا كه آيندكان وروندكان جندان بودند كه فرصت طعام خوردن نداشتند ٭

رفتن

رفتن مسیح بصحرا ،

پس بکشتي در امده سوي بيابان رفتند وانجا رسيده بخلوت شدند مردم ازين آکاهي که ايشوع فلان جاست از هر سو شتاب آوردند وهجوم کردند ، جون حضرت ايشوع بر آمد انبوه مردم ديد وبر ايشان رحمت کرد زيرا که جون کوسفندان بي شبان بودند انکاه در تعليم ايشان آغاز کرد وبيمارانرا صحت داد جون دير شد شاکردان کفتند اين بيابانست وروز باخر رسيد مردم را دستوري ده که بشهرها وقريها حوالي در ايند تا خورش بدست آرند که جيزي ندارند که خورند بايشان فرمود که احتياج برفتن ندارند شما بايشان خورش دهيد ايشان کفتند که ما بيش از پنج نان ودو ماهي نداريم حضرت ايشوع بفليپس فرمود از کجا نان خريم تا اينها بخورند واين سخن بجهت آن فرمود که اورا امتحان کند چرا که فليپس ميدانست انچه او خواهد کرد فليپس جواب داد وکفت نان دويست دينار باين مردم وفا نکند اکر بهر کدام ازينها پرچه داده شود يکي از شاکردانش اندراوس نام برادر شمعان کفت اينجا کودکي است که پنج نان جوين ودو ماهي دارد اما اين قدر بچندان مردم چه بس کند حضرت ايشوع بايشان فرمود مردم را بنشانيد وانجا علف زار بود حضرت ايشوع نان کرفت ودعاي برکت خواند وبر ايشان

مرقوس فصل و ، متي فصل يد ، يوحنا فصل و ،

ضيافت مسيح به پنج هزار

که

Profectio Christi in desertum.

Itaque in navem intrantes versus desertum iverunt, cumque eo venissent, in solitudine fuerunt. homines, eo cognito quod Christus in tali loco esset, undequaque festinarunt & confluxerunt. Quum Dominus Iesus ascendisset, multitudinem hominum vidit, eorumque est misertus, quia tanquam oves sine pastore erant. tunc docendi eos initium[1] fecit, & ægros sanavit. quum serum esset, discipuli dixerunt: hoc desertum est, & dies ad finem venit; hominibus potestatem da, ut in urbes & pagos circumjacentes intrent, ut cibum comparent, quia nihil habent quod edant. Dixit ipsis, necessitatem eundi non habent, vos ipsis cibum date. illi dixerunt, nos plus quam quinque panes & duos pisces non habemus. Dominus Iesus Philippo dixit, Vnde panem ememus, ut hi edant? hunc sermonem propterea dixit ut eum probaret:[2] quia Philippus sciebat quid ille facturus esset. Philippus respondit & dixit, panis ducentorum denariorum his hominibus non satisfaceret, si singulo eorum buccella daretur. Vnus ex discipulis ejus, Andreas nomine, frater Simeonis, dixit: hic puer quidam est, qui quinque panes hordeaceos & duos pisces habet. verum hæc quantitas tot hominibus quomodo satisfaciet? Dominus Iesus ipsis dixit, homines sedere facite. atque isthic graminetum erat. Dominus Iesus panes cepit, & preces benedictionis nuncupavit, & iis

Marc. c. 6. Matt. c. 14. Iohan. c. 6.

[1] *in Autograph. legitur* وکرد *vau superfluo.*

Convivio excipit Christus quinque mill.

[2] *Ioh. 6. 6. habetur*, Ipse n. sciebat quid facturus esset. *Pronomen* Ipse *perperam noster ad Philippum retulit, quum ad Christum pertineat. nisi forte sphalma sit Amanuensis.*

Benedictio panum pro cibatione hominū.

Nn qui

qui [1] loti erant diſtribuit : ac ſimiliter de iſtis piſcibus, quantum volebant, ipſis dedit. quum ſaturati eſſent, diſcipulis dixit, [2] fragmenta quæ reliqua manſerunt colligite ne pereant. illi collegerunt, & duodecim corbes impleverunt. & illi homines qui ex iſtis quinque panibus & duobus piſcibus ſaturati fuerant, quinque millia virorum numerati fuerunt , præter mulieres & infantes. Illi qui miracula ejus viderant dixerunt : Hic profecto idem ille propheta eſt qui in mundum venturus erat, id eſt Chriſtus. Chriſtus quum cognoviſſet, ipſis cogitationem iſtam eſſe ut ſe caperent & regem ſuum facerent, ſolus in montem fugit.

[1] *niſi forte pro* شسته *legendum ſit* نشسته ſedentes.
[2] *propr.* minutula.

Profectio Chriſti ad Genezaram.

Iohann. c.6.

Quum noctis tempus eſſet, diſcipulis dixit, navem intrate, & ante me in terram Bethſaidæ ite. ego aliquamdiu maneo, ut homines dimittam. quum homines dimiſiſſet, ipſe in [3] deſertum intravit, ut precaretur. diſcipuli navem intrarunt & profecti ſunt. tenebræ invaſerunt: & mare ex procella venti commotum fuit : ſpatium duarum paraſangarum iverunt. in hoc ſtatu fuerunt, quum vigilia quarta noctis Dominus Ieſus ad eos aſcendit, & in ſuperficie aquæ ambulavit, & voluit eos tranſire. quum illi vidiſſent , eum in ſuperficie aquæ ambulare , metuerunt, & opinati ſunt phantaſma eſſe. exclamarunt, & perculſionem oſtenderunt. eo tempore Dominus Ieſus dixit, Confidite , ego ſum , & ne timete. Petrus dixit,

[3] *Dixit ſupra ex Iohan.6. 15. Chriſtum in montem fugiſſe. conſentiunt Matth.14. 23. Marc. 6 .46. præter montem iſtum nulla hujus deſerti apud Euangeliſtas mentio.*

برکت دانها بجهت کرت مردم

که شسته بودند بخش کرد وهمچنان از ان ماهي آن قدر که خواستند بایشان داد جون سیر شدند بشاکردان فرمود ریزهـا که باقي ماندند کرد کنید تا کم نشوند ایشان کرد آوردند ودوازده سبد پر کردند واین مردم که از ان پنج نان ودو ماهي سیر شدند پنج هزار کس بشمار آمدند بغیر زنان وبچکان ایشان که معجزهاي اورا مشاهده کردند کفتند این براستي همان پیغمبریست که بعالم آمدنیست یعني مسیح ومسیح جون دانست که ایشان را خیال آنست که اورا بدست آرند وپادشاه خود سازند تنهـا بسوي کوه کریخت ،

رفتن مسیح بجناسر ،

یحنا فصل و ،

جون شب هنکام شد بشاکردان فرمود بکشتي در آیید وپیش از من بزمین بت سایده روید من زماني هستم تا مردم را رخصت کنم جون مردم را وداع کرد خود به بیابان در آمد که نماز کند شاکردان بکشتي در آمدند وروان شدند تاریکي در کرفت ودریـا از طوفان باد بجنبش آمد مقدار دو فرسنک رفتند درین حال بودند که در پاس جهـارم شب حضرت ایشوع بسوي ایشان بر آمد وبر روي آب میرفت وخواست که از ایشان بکذارد جون ایشان دیدند که بر روي آب میرفت ترسیدند وکمان بردند که خیالیست بانک زدند واضطراب نمودند دران زمان حضرت ایشوع کفت امید وار بـاشید منم ومترسید بیدرو کفت

ای خداوند اگر توئی بفرمائی که من بر روی آب پیش تو
آیم او فرمود بیا بیدرو همانده از کشتی فرود آمد وبر آب روان
شد تا پیش ایشوع رود واز تندی آب وباد ترسید ونزدیک
بود که فرو رود آن زمان فریاد کرد وگفت خداوند مارا
خلاص کن حضرت ایشوع دست خود دراز کرد واورا گرفت
وفرمود ای کم ایمان چرا شک آوردی انگاه بکشتی رسیدند
وهمین که سوار شدند باد آرامش گرفت وآنانکه در ان کشتی
بودند اورا سجده کردند وگفتند براستی پسر خدائی وروانه
شدند وبر زمین جاناسر رسیدند وچون مردم آن ولایت اورا
شناختند در شهرها ودیههای حوالی این خبر فرستادند
وهمه بیماران را پیش او آوردند وازو در خواستند که نزدیک
او شوند ودست بکناره جامه او برسانند هر که بدو رسید
تندرست شد ؛

بیدرو بالای آب میرود ،

یافتن مسیح بکفر نحوم ،

در روز دیگر چند کشتی از تبریه رسیدند بجائی که نان وماهی
قسمت کرده بود واز گروهی که بر کنار دریا بودند دانستند
که درین کذر بغیر یک کشتی نیست وایشوع دران کشتی با
شاگردان خویش سوار نشده است واورا نمی یابیم این مردم
کشتیهای خود سوی کفر نحوم گردانیدند تا اورا از شاگردانش
طلب کنند چون بکفر نحوم رسیدند حضرت ایشوع را با
شاگردان یافتند واز روی تعجب پرسیدند ای آموزگار

اینجا

Domine ſi tu es, jube ut ego in ſuperficie aquæ ad te veniam. ille dixit, veni. Petrus ſtatim è navi deſcendit, & ſuper aquam ambulavit, ut ad Ieſum iret. & ob vehementiam aquæ & venti timuit, & prope fuit ut deorſum iret. eo tempore clamavit & dixit, Domine, nos ſerva. Dominus Ieſus manum ſuam extendit, eumque apprehendit & dixit: ô parum credule, quare dubitaſti? tunc ad navem venerunt: & ſimulac conſcendiſſent, ventus conquievit. & qui in ea navi erant, eum adorarunt, & dixerunt, revera filius Dei es. & profecti ſunt, & in terram Genezareth venerunt; & quum homines iſtius regionis eum cognoverunt, in urbes & pagos circumjacentes famam hanc miſerunt, omneſque ægros ad eum attulerunt, & ab eo petierunt ut ipſi appropinquarent, & manum oræ tunicæ ipſius admoverent. quicunque eum attigit, reſtitutus fuit.

Petrus ſuper aquam ambulat.

Reperitur Chriſtus Capernaumi.

Die poſtero quædam naves Tiberiade venerunt, in locum ubi panes & piſces diſtribuerat. & ex populo qui in littore maris erat reſciverunt, nempe, in hac ripa præter unam navem non eſt, & Ieſus eam nauem cum diſcipulis ſuis non conſcendit, neque eum reperîmus. Illi homines naves ſuas verſus Capernaum converterunt, ut de eo ex diſcipulis ipſius inquirerent. Quum Capernaum venerunt, D. Ieſum cum diſcipulis repererunt, & [1] admirabundi interrogarunt, Præceptor,

[1] *ad verb.* ex vultu admirationis.

 huc

huc quomodo venisti? Dominus Iesus dixit: verè verè dico vobis, me propter miracula non quæritis, sed quia panes edistis & saturati fuistis. ne laborate ob cibum qui inconstans est, sed ob cibum qui in æternum permanens est. & is est quem vobis Filius hominis dabit. dixerunt ipsi: quænam faciemus, ut opera Dei operemur? dixit ipsis, opus Dei est ut in eum quem misit ipse credatis. illi dixerunt, quod signum habes, & quale miraculum ostendis, ut illud videamus, & in te credamus? Patres nostri in deserto panem cœlestem ederunt. Dominus Iesus dixit, verè dico, non Moses vobis panem è cœlo dedit: sed Pater meus vobis panem verum è cœlo dat, quia panis Dei is est, qui è cœlo descendit, & mundo vitam dat. Illi dixerunt, Domine, continuo hunc panem nobis da. Dominus Iesus dixit: Ego sum ille panis vitæ: quicunque ad me venit, unquam non esuriet: & quicunque mihi credit, sitiens non fiet. Sed dixi vobis, quod me vidistis, & non creditis. cuicunque Pater meus largitur, ad me venit. & quicunque ad me venit, eum non ejiciam: quia è cœlo non descendi, ut pro voto meo operer, sed pro voto ejus qui misit me. Et hæc est voluntas Patris qui misit me, ut quemcunq; mihi dedit, eum non perdam, sed eum in die resurrectionis suscitem. hoc est beneplacitum Patris mei, ut qui videt Filium & in eum credit, ei [1] sit æterna vita, & ego eum ultimo die resuscitem. Judæi ob hunc sermonem conquesti sunt, quoniam dixit, Ego sum iste panis qui è cœlo descendit, & dicebant: Nonne hic Iesus est filius Ioseph,

[1] بود pro باشد legendum fortasse

cujus

اینجا چسان آمدی حضرت ایشوع گفت براستی براستی گویم بشما مرا از جهت معجزها نمیجویید لیکن ازین که نانها خوردید وسیر شدید عمل مکنید از جهت خورش که نا پایدار است لیکن بجهت خورش که تا جاوید باینده است وان است که شما را آدمی زاده دهد اورا گفتند چه چیزها کنیم تا کارهای خدا کرده باشیم بایشان فرمود کار خدا اینست که بر فرستاده او ایمان بیارید ایشان گفتند چه نشانه داری وکدام معجزه مینمایی تا ان را بینیم وبتو بگرویم پدران ما در بیابان نان آسمانی را خوردند حضرت ایشوع فرمود براست گویم نه موسی بشما نان از آسمان داد لیکن پدر من بشمایان نان حق از آسمان میدهد زیرا که نان خدا آنست که از آسمان فرود آمد وعالم را زندگانی میدهد ایشان گفتند ای صاحب پیوسته این نان بمایان ده حضرت ایشوع فرمود منم آن نان حیات هر که سوی من آید هرگز گرسنه نشود وهر که مرا بگرود تشنه نگردد لیکن گفتم بشما که مرا دیدید وایمان نمی آرید وهر کرا پدر من بخشد سوی من آید وهر که سوی من آید اورا بدر نکنم چرا که از آسمان فرود نیامده ام تا بکام خود کار کنم بل بکام انکه مرا فرستاد واینست خواست پدر که مرا فرستاد که هر کرا بمن داد اورا تلف نکنم لیکن اورا در روز قیامت بر انگیزانم اینست خوشی پدر من که انکه بیند پسر را وبدو بگرود اورا بود جاوید زندگی ومن اورا در روز آخر بر انگیزانم یهودان ازین سخن در شکایت شدند چون گفت منم آن نان که از آسمان فرود آمد ومی گفتند نه این ایشوع است پسر یوسف

که

که پدر ومادرش را مي شناسيم پس چکونه ميکويد که من از
آسمان فرود آمده ام حضرت ايشوع بايشان فرمود بهمديکر
نکوييد هيچ يک نتواند که سوي من آيد مکر انکه اورا بسوي
من کشد پدر من که مرا فرستاده است ومن اورا در روز آخر
بر انکيزانم هراينه نوشته شده است از پيغمبران که ايشان همه
آموخته خدا باشند راست راست کويم بشما هر که بمن بکرود
اورا جاويد زندکاني است من آن نان حياتم پدران شمايان نان
در بيابان خوردند ومردند اينست آن نان که از آسمان فرود
آمد آنکه ازوي خورد نميرد منم نان زنده که از آسمان فرود آمدم
هر که ازين نان خورد تا جاويد زنده ماند وناني که من دهم تن
منست که بجهت زندکاني جهان خواهم داد اين در انجمها در کفر
نحوم کفت وبسياري از شاکردان او ازين سخن کفتند اين
سخن سخت است اين را که تواند شنيد حضرت ايشوع بايشان
فرمود اين شمارا در شک مي اندازد وچکونه وقتي که مي بينيد
آدمي زاده را که بر آيد بجايي که نخستين بوده است روح است
انکه حيات مي دهد تن از هيچ چيزي نيار نميکند سخنان که
بشما مي کويم روح است وزندکاني وازين کفتار بسياري از
شاکردان او بر کشتند وباو همراهي نکردند حضرت ايشوع بدوازده
رسول کفت شما ميخواهيد که رويد شمعان جواب داد وکفت اي
خداوند ما بسوي که رويم سخنان حيات دايمي تراست وهر
آينه ما ايمان آورديم ويقين کرديم که تويي مسيح پسر خداي
زنده حضرت ايشوع بايشان کفت نه منم انکه بر کزيدم

cujus patrem & matrem novimus? quocirca quomodo dicit, Ego è cœlo descendi? Dominus Iesus ipsis dixit, Inter vos invicem ne sermocinemini. nemo potest ad me venire, nisi quem ad me trahit Pater meus qui me misit, & ego eum ultimo die resuscitabo. Enimverò scriptum est à Prophetis, Illi omnes edocti Dei erunt. Verè verè dico vobis, quicunque in me credit, ei vita æterna est. Ego ille panis vitæ sum. patres vestri panem in deserto ederunt, & mortui sunt. Hic est ille panis qui è cœlo descendit. qui de eo edit, non morietur. Ego sum panis vivus; qui è cœlo descendi. quicunque de hoc pane edit, in æternum vivus manet. & panis quem ego do, corpus meum est, quod pro vita mundi daturus sum. Hoc in Synagogis Capernaumi dixit. & multi ex discipulis ejus ob hunc sermonem dixerunt: hic sermo durus est, hunc quis potest audire? Dominus Iesus ipsis dixit: hoc vos in scandalum conjicit? & quomodo, quando videretis filium hominis, quod ascenderet in locum ubi primum fuit? Spiritus est qui vitam dat, corpus nullatenus ' prodest. verba quæ vobis loquor, spiritus sunt & vita. Ob hunc sermonem multi ex discipulis ejus recesserunt, & cum ipso una non ambularunt. Dominus Iesus duodecim Apostolis dixit, Vos vultis abire? Simeon respondit & dixit, Domine noster, ad quem iremus? Verba vitæ æternæ habes, & profecto nos credimus, & certo cognovimus te esse Christum filium Dei viventis. Dominus Iesus ipsis dixit: nonne ego sum qui elegi

' *pro* نيار *fortasse* بيار *legendum, ut ad verbum sit, ex* ulla re (*id est ullatenus*) ad auxilium non facit.

vos duodecim ? & unus ex vobis diabolus est. Is Iudas Iscariotes erat,qui eum postea hostibus ipsius tradidit.

Lotio manuum.

Consuetudo Iudæorum in lavando.

Postea Pharisæi & quidam ex Scribis qui Hierosolymis venerant ad ipsum confluxerunt. & quum vidissent, discipulos ejus illotis manibus edere, incusarunt. [1] quia Pharisæi & alii Iudæi illotis manibus non edunt, & constitutiones seniorum suorum sequuntur. & quicquid è foro emunt, nisi illud lavent, non edunt. & alia multa in se susceperunt, lavare pocula, & urceos, & lectos. Pharisæi & Scribæ eum interrogarunt, Quare discipuli tui juxta constitutiones [2] seniorum non ambulant, sed manibus illotis edunt ? Ille respondit : bene dixit Esaias de vobis, hypocritæ, quemadmodum scriptum est. Vtiq; hic populus me honorat labiis, sed cor eorum à me procul est. frustra serviunt mihi,[3] in hoc quod constitutiones hominũ docent. præcepta Dei deseruerunt, & constitutiones humanas servant, quale est, lavare pocula & urceos, & alia similia huic faciunt. Dixit ipsis, Præcepta Dei bene deseruistis, ut constitutiones vestras observaretis. Deus dixit, honorate patrem & matrem vestram, & quicunque patri aut matri suæ maledixerit, ille morietur mortem. & vos dicitis, si quis patri suo aut matri suæ dicat, Quicquid corban à me est, tibi emolumento est. & non permittitis ipsi,ut pro patre suo aut matre sua oblationẽ faciat.

De Hypocritis.

Legis lib. 2.

[1] *pro* چرا *legendum puto* چرا که

[2] *pro quod* بيرون extra, foras *significat, neque satis hic quadrat, legendum videtur* پيران Seniorum.

[3] *pro* باين *legendũ videtur* باين که

شما را دوازده ويكي از شمايان شيطان است او يهودا سخر
يوطي بود كه او بعد ازان بدشمنانش سپرده ٭

شستن دست ،

رسم يهودان در شستن

بعد از ان فريسين وچندي از كاتبان كه از اوريشليم امده
بودند برو هجوم آوردند وچون ديدند كه شاكردان او نا
شسته دست ميخورند ملامت كردند چرا فريسين وديكر يهودان
نا شسته دست نميخورند وقاعدهاي پيران خويش را بي روي
مي كنند وهر انچه از بازار ميخرند تا آن را نشويند نميخورند
وديكر بسيار چيزهــا بر خود قرار داده اند شستن كاسها
وظروفهــا وخواب جايهــا فريسين وكاتبان اورا پرسيدند كه
چرا شاكردان تو بر قاعده هاي بيرون نميروند بلكه دست نا
شسته ميخورند او جواب داد نيك كفت ايشعيــا از شما اي
دو رويان چنانچه نوشته شده است هر اينه اين كروه مرا بزركي
ميدهند بلبها اما دل ايشان از من دورست هرزه خدمت من مي
كنند باين قاعدهاي مردم مي آموزند احكام خدا كذشتند
وقاعدهاي آدميان نكاه ميدارند مثل شستن كاسها واندوهــا
وديكر چيزهــا مانند اين مي كنند وبايشان مي كفت حكمهاي
خدا خوب كذاشتيد تا سنتهاي خود را پاسباني كنيد خدا فرمود
كرامي داريد پدر ومادر خود را وهر كه پدر ومادر خود را
بد كفت او بميرد مردني وشمايان مي كوييد اكر آدمي پدر
خود را يا مادر خود را كويد كه هر چه قربان از منست ترا سود
ميكند ونميكذاريد اورا كه براي پدر خود ومادر خود هديه كند

از منافقان ،

توريت كتاب ب

پس كلام خدا را كه بشما داده است باطل كرديد ومثل اين
بسيار مي كنيد انكاه جماعت بزرك را خواند وبايشان فرمود
همكنا از من شنويد ودريابيد انچه در دهن مي در ايد آدمي
را پليد نميكرداند ليكن انچه از دهن بيرون مي آيد آن است
كه آدمي را پليد ميكند هركرا كوش شنوا باشد بشنود جون
از ميان مردم بخانه در آمد شاكردانش كفتند داني كه فريسين
جون اين سخن را شنيدند بر ايشان دشوار آمد جواب داد فرمود
هر نهايي كه پدر آسماني ننشاند كنده شود ايشان را بكزاريد
كه كورند ورهنماي كوران اكر كور رهبري كند هر دو بجاه
افتند ، پيدرو كفت اين مثل را براي ما بيان كن فرمود
شما نيز نا دانيد ونمي فهميد كه هر چه از بيرون بدهن آدمي
در ايد نتواند كه اورا پليد سازد چرا كه بدل نمي رسد بل
بشكم وبيرون ميرود اما جيزها كه از دهان آدمي بر مي ايند از
دل بر مي ايند اين جيزها اند كه آدمي را پليد ميكنند چرا
كه از درون دل بيرون مي آيند فكرهاي بد زنا كشتن دزدي
حرص بدي قلبي فسق چشم بد كفر غرور دل جهل اينهمه بدي
از درون مي ايد وآدمي را پليد مي سازد اما نا شسته دست
خوردن آدمي را پليد نميكند ٭

توجه مسيح بصور وصيدان ،

جون حضرت ايشوع از انجا بنواحي صور وصيدان آمد ناكاه زن
كنعاني ازان حدود بيرون شد وباواز بلند كفت بر من رحمت كن

itaque verbum Dei quod vobis datum eſt irritum feciſtis, & ſimilia multa facitis. Tunc multitudinem magnam vocavit, atque ipſis dixit: Omnes me audite & intelligite. Id quod in os intrat, hominem pollutum non reddit, ſed quod ex ore egreditur, id eſt quod hominem pollutum facit. qui aures audientes habet, audiat. Quum è medio hominum in domum intraſſet, diſcipuli ejus dixerunt, ſcis Phariſæos, quum ſermonem hunc audiverunt, moleſtè id tuliſſe? reſpondit & dixit, omnis plantatio quam pater cœleſtis non plantat eradicabitur. eos relinquite: quia cœci ſunt & duces cœcorum. ſi cœcus [1] ducit, ambo in foveam cadunt. Petrus dixit: hanc parabolam nobis explica. dixit, Vos etiam neſcitis & non intelligitis, quod quicquid extrinſecus in os hominis intrat, non poteſt eum polluere? quia in cor non venit, ſed in ventrem, & ejicitur. Sed ea quæ ex ore hominis egrediuntur, è corde egrediuntur: illa ſunt quæ hominem polluunt, quia ex intimo cordis prodeunt cogitationes malæ, ſcortatio, cædes, furtum, avaritia, malitia, falſa moneta, adulterium, oculus malus, blaſphemia, dolus, [2] amentia. Hæc omnia mala ex interiori veniunt & hominem polluunt. Sed illotis manibus edere, hominem non polluit.

[1] *deeſt fortaſſe* كور را cæcum.

[2] *ad verbum,* cor ignorantiæ, *vel* ſtultitiæ.

Iter Chriſti Tyrum & Sidonem.

Quum Dominus Ieſus inde in fines Tyri & Sidonis veniſſet, ex improviſo mulier Cananæa ex illis limitibus exiit, & voce alta dixit: miſerere mei

Domine fili David, in filia mea Diabolus eſt, eamque affligit. non reſpondit, neque quicquam dixit. diſcipuli ejus venerunt, & rogarunt ac dixerunt, hanc fœminam, quæ poſt nos clamans venit, dimitte. hæc fœmina ex [1] Gentilibus erat. Dominus Ieſus reſpondit, Ego miſſus non ſum niſi ad oves quæ è domo Iſraëlis perditæ ſunt. Illa mulier ei adhæſit, & adoravit, & dixit, Domine opitulare mihi. Dominus Ieſus reſpondit & dixit, ſine primum filios ſaturari: bonum non eſt panem filiorum capere, & canibus dare. Mulier ea dixit: ita Domine, ſed canes etiam ex fragmentis quæ è menſa Dominorum cadunt edunt. Eo tempore Dominus Ieſus reſpondit, ô Mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſecundum fidem tuam. & filia ejus protinus ſanata fuit.

Iter Chriſti in Galilæam.

Rurſus è finibus Tyri exiit, & per viam Sidonis ad mare Galilææ venit, & per medium finium [2] Decapoleos tranſiit. Eo tempore hominem quendam mutum & ſurdum ad eum tulerunt, & poſtularunt ut manum ſuam ei [3] imponeret. eum è turba eduxit, & digitos ſuos in ambas aures ejus poſuit. Salivam ſuam linguæ ejus inunxit, & ad cœlos reſpexit, & [4] gemitum extulit & dixit, Eiphatha, id eſt, [5] adaperire. Protinus loquens & audiens factus eſt, & ambulans locutus eſt. Dixit illis, Nemini dicite. Verum illi divulgarunt, & cum admiratione dixerunt, Omnia bene facit: ſurdos audientes

[1] *ad verbum,* idolorum cultoribus.

[2] *legebatur* ده شهر *peſſimè quis induxit* ده *quod relinqui omnino debet.*

[3] *ad verb.* imponerent, *plur. pro ſingul. honoris gratia.*

[4] *ad verb.* ſpiritum frigidum.

[5] *in Autograp. ſcriptum erat,* كشاده شود رهاندم. *legendum puto* كشاده شو adaperire, *tum* در هماندم in eodem momento. *propriè* in eodem ſpiritu, i. e. protinus. *Malè itaque inductam eſſe in Autogr. literam* ر.

اي خداوند پسر داود در دختر من شيطاني است واورا رنجها ميدهد جواب نداد وهيچ نكفت شاكردانش امدند ودر خواست كردند وكفتند اين زن را كه پس ما فرياد كنان مي آيد روان كن اين زن از بت پرستان بود حضرت ايشوع جواب داد كه من فرستاده نشده ام مكر بسوي كوسفندان كه از خانه اسرايل كم شده اند آن زن باو بپوست وسجده كرد وكفت اي خداوند مدد كن مرا حضرت ايشوع جواب داد وكفت بكزار كه اول پسران سير شوند كه نيكست نان پسران كرفتن وبسكان دادن آن زن كفت بلي اي خداوند اما سكانهم از ريزهاي كه از خوان صاحبان مي افتد ميخورند آن هنكام حضرت ايشوع جواب داد اي زن بزركست ايمان تو باشد ترا موافق صدق تو ودخترش در زمان خلاصي يافت ،،

توجه مسيح بجليل ،

وديكر از حدود صور بيرون شد واز راه صيدان بسوي درياي جليل رفت ودر ميان حدود ده شهر كدشت درين هنكام مردي كنك وكر را پيش او آوردند وخواستند كه دست خود برو نهند اورا از هجوم بيرون برد وانكشتان خود در هر دو كوش او كذاشت لعاب خود بر زبانش ماليد وبسوي آسمان ديد ونفس سرد بر آورد وكفت اي فتحا يعني كشاده شو در هماندم كويا وشنوا كرديد وروان سخن كفت وبايشان فرمود بهيچكس نكوييد اما ايشان منادي ميكردند وبتعجب مي كفتند همه چيز نيك مي كند كران را شنوا

شنوا مي كرداند وكنكان را كويا درين هنكام بكوهي بر آمد
وانجا نشست مردم هجوم كردند وبسياري از كوران وكنكان
وكران وديكر بيماران با خود آوردند وبر پاي مبارك او مي
انداختند وخداي اسرائيل را مي ستودند درين كار زماني
بكذشت انكاه شاكردان را بخواند وكفت مرا بدين مردم
رحم مي آيد كه سه روزست كه بخاطر من از خانه بيرون اند
وچيزي ندارند كه بخورند اكر ايشان را سوي خانهاي خود
بدين حال كسيل كنم در راه ضعف كنند چرا كه بعضي از ايشان
از دور آمده اند شاكردان كفتند كه از كجا كسي تواند كه
باينها درين بيابان نان دهد وسير كند انكاه بايشان
كفت شمايان چند نان داريد كفتند هفت مردم را كفت بنشنيد
انكاه هفت نان كرفت وشكر كرد وبشكست وبشاكردان
داد تا پيش مردم كذارند واندكي از ماهي نيز بايشان بود بر ان
نيز بركت كفت وفرمود كه پيش مردم بنهند ايشان پيش
آوردند مردم خوردند وسير شدند واز بقيها هفت سبد
بر داشتند وآنانكه خوردند نزديك چهار هزار كس بودند بي
زنان وبچكان همان زمان بكشتي با شاكردان خود در شد ودر
نواحي ماجدان آمد فريسين وچندي از زنادقه آمدند تا اورا
بيازمايند وكفتند كه نشانه بنما از آسمان دم سرد بر آورد وفرمود
اين كونه مردم نشان ميطلبند وبايشان كفت چون شب هنكام
است ميكوييد كه آسمان پاكست چرا كه سرخي دارد ودر
بامداد مي كوييد امروز بارش مي شود چرا كه آسمان ترش روست

بچهار هزار كس خورش ميدهد ،

متي فصل يو ،

وچون

audientes reddit, & mutos loquentes. Eo tempore in montem quendam adſcendit, ibique ſedit. homines confluxerunt, & multos è cæcis & mutis, & ſurdis & aliis ægris ſecum adduxerunt, & ſuper pedes benedictos ejus projecerunt, & Deum Iſraëlis laudarunt. In hoc opere tempus aliquod tranſiit. tunc diſcipulos vocavit & dixit, Me horum hominum miſeret. quia triduum eſt, quod [1] mecum extra domos ſuas ſunt, nec quicquam habent quod edant. ſi eos ad ædes ſuas in hoc ſtatu dimitto, in via deficient. nam quidam eorum è longinquo venerunt. Diſcipuli dixerunt, Vnde quis poſſet his in hoc deſerto panem dare & ſaturare? tunc dixit ipſis, Vos quot panes habetis? dixerunt, ſeptem. dixit hominibus, ſedete. tunc ſeptem panes ſumſit, & gratias egit, & fregit, & diſcipulis dedit, ut hominibus proponerent. Et pauculos piſces etiam habebant. ſuper illos etiam benedictionem dixit, & juſſit ut hominibus proponerent. illi propoſuerunt. homines ederunt, & ſaturati fuerunt, & è reliquiis ſeptem ſportas ſuſtulerunt. & illi qui ederant, circiter quatuor millia virorum erant, ſine mulieribus & parvulis. Eodem tempore in navem cum diſcipulis ſuis intravit, & in fines Magedan venit. Phariſæi & quidam è Sadducæis venerunt, ut eum tentarent, & dixerunt, ſignum oſtende è cœlo. [2] Ingemuit & dixit: hoc genus hominum ſignum quærit. & dixit ipſis, quum noctis tempus eſt, dicitis, Cœlum purum eſt, quia rubedinem habet. & mane dicitis, hodie tempeſtas erit, quia cœlum triſti vultu eſt.

[1] *ad verbum*, cum excellentia mea.

Quatuor millibus virorum cibum dat.

Matth. c. 16.

[2] *ad verb.* halitum frigidum extulit.

& quum ventus meridionalis flat, dicitis, æſtus erit. ô Hypocritæ, diſcernere vultum cœli & terræ noſtis, & ſignum hujus temporis non intelligitis. quare vos ipſi de eo quod juſtum eſt judicium non facitis? generatio mala, improba, ſignum quærit, & ſignum pręterquam ſignum Ionæ Prophetæ non dabitur. Tunc eos reliquit, & in navem intrans per mare tranſiit. Poſtea diſcipuli in ulteriorem ripam venerunt, & ex oblivione panem non ſumſerant, & præter unum panem in navi cum ipſis non erat. dixit ipſis: Cavete, & à fermento Phariſæorum & Sadducæorum abſtinete. Illi ex hoc ſermone intellexerunt, eum velle, ' ut panem Phariſæorum non ederent. atque hinc in corda ipſorum venit, quia nos panem obliti ſumus. ſolliciti fuerunt. Dominus Ieſus cognovit, & dixit: quare ſolliciti eſtis, ô parum creduli, quod panis vobis non eſt? adhuc non cognoſcitis neque intelligitis? adhuc cor veſtrum cæcum habetis? oculos habetis & non videtis? aures habetis & non auditis? non intelligitis, & non recordamini quinque panum, qui quinque millibus virorum diſtributi fuerunt, & quot ſportas ſuſtulerint? & ſeptem panes quatuor millibus perſonarum datos fuiſſe, & quot ſportas ſuſtulerint? quare non intelligitis, me vobis de pane non locutum eſſe, ut à fermento Phariſæorum & Sadducæorum abſtineretis, ſed de doctrina ipſorum? Bethſaidam venit. cæcum ad ipſum adduxerunt, & poſtularunt, ut manum ſuam ipſi imponeret. Manum iſtius cæci arripuit, eumq; eduxit, & ſalivam ſuam oculis ipſius

Matth. c.16.

' *ad verbum,* panem Phariſæorũ ne edite.

Sanatio cæci.

inunxit,

وچون باد جنوب مي وزد ميكوييد حرارت مي شود اي دو
رويان تميز كردن در روي آسمان وزمين ميدانيد ونشانه اين
زمان نمي فهميد چرا شمايان خود بر انچه حق است حكم نمي
كنيد قبيله شرير بدكار نشانه ميجويد ونشانه بغير از نشان
يونان پيغمبر داده نشود انكاه ايشان را كذاشت وبكشتي
در آمده از دريا كذشت بعد از ان شاكردان بكنار
آمدند واز فراموشي نان نه برداشتند وبغير يك نان در كشتي
بايشان نبود بايشان فرمود ملاحظه باشيد واز خمير مايه
فريسين وزنادقه پرهيز كنيد ايشان ازين سخن فهميدند
كه ميخواهد كه نان فريسين نخوريد وازين بدلهاي ايشان
رسيد كه ما نان فراموش كرديم انديشه مند شدند حضرت
ايشوع در يافت وفرمود چرا انديشه مند ميشويد اي كم
ايمانان كه نان با شما نيست هنوز نمي شناسيد ونمي
فهميد هنوز دل خود كور داريد چشم داريد ونمي بينيد
كوش داريد ونمي شنويد در نمي يابيد وياد نمي كنيد از پنج
نان كه بر پنجهزار كس بخش كرده شدند وچند سبد بر
داشتند وهفت نان براي چهار هزار نفر داده شد وچند
سبد بر داشتند چرا نمي فهميد كه من بشما از جهت نان
نكفتم كه از خمير مايه فريسين وزنادقه پرهيز كنيد ليكن از
تعليم ايشان ، به بيت سايده آمد نابينائي را پيش او
آوردند ودر خواست كردند كه دست خود را برو نهد دست
آن كور كرفت واورا بيرون برد ولعاب خود را بر چشمانش

مي
فصل يو،

صحت
كور

مالید

مالید ودست بر دیده او نهاد وازو پرسید که هیچ چیز می
بیني اوکفت مردم رابسان درختان مي بینم دیکر بار دست بر
چشمان اونهاد ان زن بینش کمال یافت بطوري که همه چیز را
خوب میدید اورا کفت بخانه خود رو وهیچکس رامکو،

بر داشتن بیدرو،

(Margin: میپرسد که من کیستم،)

در نواحي قیصریه آمد واز راه یکسو شده در نماز شد شاکردان
با او بودند ایشان را پرسید مردم در حق من چه میکویند ایشان
کفتند کروهي یوحنا تعمیدکننده میکویند بعضي ایلیا جمعي
ارمیا الخي یکي از پیغمبران انکاه بایشان فرمود که شمایان چه
میکویید که من کیستم بیدرو کفت تویي مسیح پسر خداي
زنده حضرت ایشوع فرمود خنک ترا اي شمعان پسر یونان این
بتو کشت وخون اشکارا نکرد لیکن پدر من که در آسمان
هاست ومن میکویم ترا هراینه تویي بیدرو یعني سنک وبرین
سنک عمارت کنم کلیسیا خود را ودرهاي دوزخ بران قادر
نباشند ترا میدهم کلیدهاي ملکوت آسمان هر چه بسته کني
بر زمین بسته شود بر آسمان وهر چه کشاده کني بر زمین
کشوده شود ودر آسمان انکاه بشاکردان خود فرمود که
بکسي نکویند که او ست ایشوع مسیح درین زمان آغاز کرد
درین که شاکردان خود را آکاه سازد که اورا لازمست که باورسلیم
رود واز پیران وکاهنان وکاتبان رنجها کشد واورا بکشند
وپس از سه روز بر خیزد بیدرو بیش آمد ومنعش کرد

(Margin: ایمان بیدرو به پسر خدا)

(Margin: خبر از مرگ،)

وکفت

inunxit, & manum visui ipsius imposuit, & ex eo quæsivit: quicquamne vides? ipse dixit, homines in modum arborum video. rursus manum oculis ejus imposuit, [1] tunc visum perfectum accepit, adeo ut omnia bene viderit. dixit ipsi, domum tuam abi, & ulli ne dic.

[1] *pro* آن زن, *quod est in Autograp. legimus* آن زمان. *nam* زن *mu*lierē *significat.*

Exaltatio Petri.

In circumjacentia Cæsareæ venit. & à via [2] secedens in precibus fuit. discipuli cum ipso erant. hos interrogavit, homines [3] de me quid dicunt? dixerunt, quidam Iohannem Baptistam dicunt, quidam Eliam, quidam Ieremiam, quidam unum ex Prophetis. tunc dixit ipsis, vos quid dicitis, nempe ego quis sim? Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viventis. Dominus Iesus dixit, Beatus tu Simon fili Ionæ: hoc tibi caro & sanguis non revelavit, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, profectò tu es Petrus, id est lapis, & super hunc lapidem ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferni super eam non valebunt. Tibi do claves regni cœlorum. quicquid ligabis super terram, ligatum erit in cœlo: & quicquid [4] solves super terram, solutum erit etiam in cœlo. Tunc discipulis suis præcepit, ut nemini dicerent, ipsum esse Iesum Christum. Hoc tempore incœpit discipulis suis indicare, oportere ipsum Hierosolymam ire, & à Senioribus & Sacerdotibus & Scribis pati, quodque ipsum interficerent, & post tres dies resurgeret. Petrus accessit, & prohibuit eum,

[2] *ad verb.* unius lateris factus.

[3] *ad verb.* de veritate mei.

Interrogat, Ego quis sum?

Fides Petri de Filio Dei.

[4] *propriè*, aperies. *& post*, apertum erit.

Indicatio de morte.

& dixit: Nunquam futurum eſt, Domine, ut hoc tibi eveniat? Convertit ſe ad ipſum & dixit, Procul ſis à me Satan, enimvero [1] offendiculum mihi es: quia res Dei non aſſequeris, ſed tantum res hominum. Tunc homines ad ſe vocavit, ipſiſque ac diſcipulis dixit, Quicunque vult animam ſuam ſervare, perdit eam: quia quicunque animam ſuam pro me & pro Euangelio perdiderit, eam ſibi acquiſivit. Quid prodeſt homini, ſi totum mundum acquirat ſibi, & animam ſuam perdat? quid dabitur homini in compenſationem animæ ejus? quemcunque mei & ſermonis mei pudet, utique Filium hominis pudebit ejus, quando in gloria ſua & Patris ſui cum Angelis ſanctis veniet. nam Filius hominis in gloria Patris ſui cum angelis ſuis venturus eſt, atque eo tempore unicuique ſecundum opus ſuum mercedem daturus eſt. Verè dico vobis, profectò quidam ex adſtantibus hîc ſunt, qui mortem non guſtabunt, [2] niſi Filium hominis in regno videant.

[1] *ad verb.* pedis offendiculum meum.

[2] *ad verb.* donec non videāt.

Glorificatio Chriſti.

In montem Thabor aſcendit.

Poſt ſex dies Dominus Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem ejus ſumſit, eoſque in montem altum ſolos abduxit, ibique in precibus occupatus fuit. Atque eo tempore quo in precibus eſſet, forma ejus alia facta eſt, & facies ejus inſtar ſolis ſplendens eſt reddita, & veſtes ejus inſtar nivis albuerunt. Et de improviſo Moſes & Elias etiam cum gloria ſumma apparuerunt, & de exitu ejus ex mundo, & de magnitudine afflictionū quas

Hiero-

وكفت هركز نخواهد بود اي خداوند كه اين ترا رسد روي بسوي او كرد وكفت دور شو از من اي شيطان هراينه پا لغز من شدي چرا كه در چيزهاي الاهي نمي رسي مكر در چيزهاي مردم انكاه مردم را نزديك خود خواند وايشان را وشاكردان را كفت هركه خواهد كه نفس خود را سلامتي دهد هلاكش كرداند زيرا كه هر كه نفس خود را براي من وبجهت انجيل هلاك ساخت اورا بدست آورد ، چه سود كند آدمي را اكر جمله جهان را بدست آرد وجان خود را هلاك كند چه چيز داده شود آدمي را در عوض جان او هر كه از من واز كفتار من شرم كند هراينه آدمي زاده ازو شرم كند وقتي كه ببزركواري خود وپدر خود با ملايكه پاك بيايد كه آدمي زاده ببزركواري پدر خود با ملايكه خود خواهد آمد وآن زمان هر يكي را موافق عمل خود جزا خواهد داد راست كويم بشما هر اينه كروهي از ايستادكان اينجا هستند كه مرك را نچشند تا آدمي زاده را در پادشاهي نه بينند ،،

بزركي نمودن مسيح ،

بكوه تبور بر امد

پس از شش روز حضرت ايشوع پطرو ويعقوب ويوحنا برادرش را كرفت وايشان را بسوي كوه بلند تنها برد ودر انجا بدعا مشغول شد ودرين هنكام كه در دعا بود شكل او ديكر كرديد وروي او چون افتاب تابان كشت وجامهاي او همچون برف سپيد وناكاه موسي وايليا نيز ببزركواري تمام ظاهر شدند واز بر آمدن او از جهان واز فزوني محنتها كه

در

در اورشلیم خواهد کشید سخن میکردند وشاکردان را که
با او بودند کرانی خواب کرفته بود بیدار شده بزرکی اورا واین
دوکس را مشاهده کردند آن زمان بیدرو بحضرت ایشوع کفت
ای خداوند بهترست که ما همیشه اینجا باشیم میخواهی که
سه خانه آماده کنیم یکی برای تو ویکی برای موسی ویکی
برای ایلیا دربن سخن بود که ابر روشن پیدا شد وبر ایشان
سایه کرد وآوازی ازان ابر کفت اینست پسر دوست داشته من
که ازوی راضیم ازو بشنوید شاکردان شنیدند وبر رو افتادند
وبسیاری ترسیدند، حضرت ایشوع رسید ودست خود بایشان
رسانید وفرمود برخیزید ومترسید ایشان چشمهای خودرا بلند
کردند وبجز حضرت ایشوع کسی ندیدند ۞

فرود آمدن مسیح از کوه،

انکاه حضرت ایشوع وایشان از کوه فرود آمدند وبایشان
فرمود انچه دیدید با هیچکس نکویید تا وقتی که آدمی زاده
از مردکان برخیزد ایشان همچنان کردند وبهیچکس نکفتند
اما بهمدیکر کفتکو داشتند که چه معنی دارد انکه کاهنان
می کویند که واجبست که نخستین ایلیا بیاید ایشان را جواب
داد هر اینه ایلیا نخستین خواهد آمد وهمه چیزها باز
بحال خود خواهد آورد اما بشمایان میکویم که ایلیا آمد
واورا نشناختند بلکه هر چه خواستند باو کردند واینچنین
آدمی زاده از ایشان محنتها کشد وحقیر داشته شود
چنانچه نوشته شده است ان هنکام شاکردان فهمیدند

Hierosolymis perpessurus esset, verba fecerunt. Discipulos autem qui cum ipso erant gravis somnus occupaverat. expergefacti gloriam ejus & hos duos viros viderunt. Tum Petrus Domino Iesu dixit: Domine, melius est nos perpetuo hic esse. vis ut tria domicilia paremus, unum tibi, & unum Mosi, & unum Eliæ? In hoc sermone erat, quum nubes lucida manifestata fuit, eosque obumbravit, & vox quædam ex ea nube dixit, hic est Filius dilectus meus, in quo acquiesco, illum audite. Discipuli audiverunt, & in faciem ceciderunt, & multum[1] timuerunt. Dominus Iesus venit, & manum suam ipsis admovit & dixit, surgite & ne timete. Ipsi oculos suos elevarunt, & præter Dominum Iesum neminem viderunt.

[1] *male* ترسیدید timuistis *in Autograph.*

Descensus Christi è monte.

Tunc Dominus Iesus & hi è monte descenderunt, dixitque ipsis, Quod vidistis, nemini dicite, donec Filius hominis è mortuis resurrexit. Illi sic fecerunt, & nemini dixerunt. Verum inter se sermonem habuerunt, quem sensum haberet id quod Sacerdotes dicunt, oportere ut primum Elias veniat. Respondit ipsis, Vtique Elias primum venturus est, & omnia in statum suum restituet: sed vobis dico, quod Elias venit, eumque non cognoverunt, sed quicquid voluerunt, ipsi fecerunt. & similiter Filius hominis ab ipsis afflictiones patietur, & contemptui habebitur, quemadmodum scriptum fuit. Tunc discipuli intellexerunt,

de Iohanne agi. & quum Dominus Iesus ad reliquos discipulos venisset, multitudinem hominum cum ipsis invenit. quidam ex Scribis cum discipulis ejus sermocinabantur. Quum homines Dominum Iesum vidissent, obstupefacti sunt, & ad eum iverunt, seque prostraverunt. is quæsivit, quid invicem sermocinati essent. Eo tempore vir quidam in genua procidens clamavit & dixit, Præceptor, filium meum respice, quia unicus est, & spiritu immundo eum corripiente, repente vociferatur, seque terræ allidit, & spumam in os defert, & dentes in dentes impingit, & arescit. aliquando in ignem incidit, & sæpe se in aquam conjicit. ad discipulos tuos adduxi, & petii ut eum ejicerent, non potuerunt. tu miserere ejus. Dominus Iesus respondit & dixit: ô genus incredulum & pravum! usque quò vobiscum ero, & vos tolerabo? filium tuum ad me fer. quum prope venit, diabolus eum afflixit, & in terram volutavit, & spuma ex ore ejus veniebat. Dominus Iesus ex patre ejus quæsivit: quantum temporis est, quod hanc divexationem habet? is dixit, à pueritia. & sæpe in ignem & aquam injicit, ut perdat. verum si potes, miserere & adjutor meus sis. Dominus Iesus ipsi dixit, Si potes credere; credenti omnis res facilis est. pater exclamavit, & flens dixit, Domine, credo, incredulitati meæ succurre. Quum Dominus Iesus vidit, quod infiniti homines confluerent, spiritum immundum increpuit & dixit, ô spiritus surde & mute, ego præcipio tibi, egredere ex hoc, & amplius in hunc ne intra. ille clamans & affligens exiit, & in statu tali

که از یوحنا مراد ست ، وجون حضرت ایشوع بدیکر شاکردان برسید انبوه مردم بایشان یافت بعضی از کاتبان بشاکردانش کفت وکو داشتند جون مردم حضرت ایشوع را دیدند حیران شدند و بپیش او رفتند وتواضع کردند او برسید که باهم جه کفت وکو داشتند درین هنکام مردی بر سر زانو شده فریاد کرد وکفت ای آموزکار بر فرزند من نظر کن که یکانه است وروح پلید اورا کرفته یکایک در فریاد میشود وخودرا بر زمین میزند وکف بدهن می آرد ودندان بدندان می زند وخشک می شود بارها در آتش می افتد وبسیار بار خودرا بر آب میزند بپیش شاکردان تو آوردم وزاری کردم که اورا بدر کنند نتوانستند تو برو رحمت کن حضرت ایشوع جواب داد وکفت ای زات بی ایمان وبدکار تا کجا با شما خواهم بود وشما را خواهم بر داشت پسر خودرا بپیش من بیار جون نزدیک رسید شیطان اورا جفاها رسانید ودر زمین غلطانید وکف از دهان او میرفت حضرت ایشوع از پدرش پرسید که جند کاه است که این تشویش دارد اوکفت از کودکی وبارها بر آتش واب زده است تا هلاک کند اما اکر میتوانی رحمت کن ومدد کار من باش حضرت ایشوع باو کفت اکر میتوانی ایمان داشتن بر انکه ایمان دارد همه جیز آسان است پدر بانک زد وکریه کنان کفت خداوند ایمان دارم به بی ایمانی من مدد کن جون حضرت ایشوع دید که بی نهایت مردم هجوم دارند روح پلید را سرزنش کرد وفرمود ای روح کر وکنک من میفرمایم ترا ازین بیرون رو ودیکر درین نه در آیی او فریاد کنان وجفا دهان بیرون رفت وبحالی

كداشت كه بسياري اورا مرده انكاشتند حضرت ايشوع دست
او كرفت واورا بر داشت وبپدرش سپرد ازين همكنان حيران
شدند وجون بخانه رسيد شاكردان به پنهاني پرسيدند چرا
ما اورا بدر كردن نتوانستيم بايشان كفت از كمي اعتقاد
خويش راست كويم بشما اكر در شمايان ايمان مانند دانه
دل خردل بوده باشد هراينه اين كوه را كوييد ازينجا بانجا
انتقال كن وانتقال كند وهيچ جيز شمارا دشوار نباشد واين
دات شياطين جز بنماز وروزه بيرون نرود ،

سير مسيح بقريهاي جليل ،

متي فصل يز ، ودر قريهاي جليل تعليم دهان بكشت وكارهاي عجيب
ميكرد وجون شاكردان را از بزركي وغرايب كارهاي خود در
حيرت ديد بايشان كفت شمايان اين سخنها در دل خود نكاه
داريد زود باشد كه آدمي زاده بدست مردم سپرده شود كه
اورا بكشند ومرده روز سيوم برخيزد سخت دلكير شدند واين
سخن نفهميدند وبر ايشان پوشيده ماند واز ترش نپرسيدند
جون بكفر نحوم رسيدند جزيه ستانان بيش شمعان آمدند
وكفتند استاد شما جزيه نميدهد شمعان كفت بلي جون بخانه
در آمد پيش از انكه شمعان سخن كند حضرت ايشوع كفت
جه ميكويي اي شمعان پادشاهان زمين خراج از كه ستانند
از فرزندان يا از بيكانكان او كفت از بيكانكان حضرت ايشوع
كفت پس پسران آزادند ليكن تا ايشان را در شك نه

انداز يم

reliquit, ut multi eum mortuum arbitrati sint. Dominus Iesus manum ejus arripuit, eumque elevavit, & Patri ejus tradidit. Hinc omnes obstupefacti sunt. & quum domum venisset, discipuli clam interrogarunt, quare nos eum ejicere non potuimus? dixit ipsis, ob defectum fidei vestræ. verè dico vobis, si in vobis fides instar grani sinapis esset, enimvero huic monti diceretis, hinc eò transfertor, & transferretur; & quicquam vobis difficile non esset. Et hoc genus diabolorum præterquam precibus & jejunio non [1] exit.

[1] *malè in Autograp.* نرود.

Iter Christi per pagos Galilææ.

بقیصر دهیم یا نه حضرت ایشوع که از بد دلي ایشان آکاه بود
جواب داد اي دورویان مرا چه مي ازمایید دینار جزیه بیش
من آرید ایشان یک دینار آوردند انکاه فرمود بنوشته کیست
ایشان کفتند از قیصر در ان زمان بایشان کفت آنچه از
قیصرست بقیصر دهید وآنچه از خداست بخدا چون شنیدند
تعجب کردند وکذاشتند نیز درین روز جمعي از زندیقان

عبادت باایمان ،

که

که منکر قيامت بودند سوي او آمدند وکفتند اي آموز
کار موسي کفت اکر مردي ميرود واورا پسر نباشد زن
اورا برادر او بکيرد وبراي برادر خود تخم زنده کند در
ما هفت برادر بودند بزرک ايشان زن کرفت ومرد جون
اورا اولاد نبود زن را ببرادر کذاشت وهمچنين دوم وسيوم تا
هفتم وپس از همه آن زن مرد آن زن در قيامت ازين
هفت برادر کرا باشد که هر کدام اورا نکاح کرد حضرت
ايشوع جواب داد وکفت کمراه شده ايد نه کتابها را مي
دانيد ونه از قوت خدا خبر داريد زيرا که نه مردان در
قيامت زنان ستانند ونه زنان مردان ليکن همچون
فرستکان باشند در آسمان ياد نداريد وآنچه خدا بشما
در بعث مردکان کفته منم خداي ابراهيم وخداي اسحاق
وخداي يعقوب خدا خداي مردکان نيست ليکن از زندکان
ودرين باب سخنها کفت بطوري که همکنان حيران
شدند ، فريسين جون دانستند که زنديقان ملزم شدند
جمع شده پيش او آمدند ويکي ازينها که داناتر بود
ازوي بامتحان پرسيد اي استاد کدام حکم در دين بزرکست — کلانترين احکم،
جواب داد دوستدار خداوند خداي خود از همه جان خود
واز همه نيت خود اينست حکم بزرک ونخستين وحکم دوم
مانند اين است يعني دوست دار قريب خودرا
همچنانکه خودرا وتمام دين وپيغمبران باين دو حکم باز
ميکردند وجون فريسين همه جمع شده بودند حضرت ايشوع

پرسيد

qui reſurrectionem negabant, ad eum venerunt & dixerunt. Magiſter, Moſes dixit, ſi quis [1] moritur, ipſique filius non ſit, uxorem ejus frater ejus capiet, & fratri ſuo ſemen [2] ſuſcitabit. Inter nos ſeptem fratres fuerunt. maximus ipſorum uxorem cepit, & vir, quum ipſi nati non eſſent, uxorem fratri reliquit. ſimiliter ſecundus & tertius uſque ad ſeptimum. & poſt omnes mulier iſta mortua eſt. Mulier illa in reſurrectione cui ex ſeptem hiſce fratribus erit? nam unuſquiſque eam uxorem habuit. Dominus Ieſus reſpondit & dixit, erratis. neque ſcripturas noſtis, neque potentiam Dei ſcitis. nam neque viri in reſurrectione mulieres capient, neque mulieres viros, ſed inſtar Angelorum erunt in cœlo. nonne recordamini etiam ejus quod Deus vobis de ſuſcitatione mortuorum dixit? Ego ſum Deus Abrahami, & Deus Iſaaci & Deus Iacobi. Deus Deus mortuorum non eſt ſed viventium. & de hoc capite locutus ita eſt, ut omnes obſtupeſcerent. Phariſæi quum cognoviſſent, Sadducæis os obturatum, congregati ad eum venerunt. & unus ex ipſis, qui doctior erat, ex ipſo tentandi gratia quæſivit, Magiſter, quodnam mandatum in lege maximum eſt? Reſpondit, dilige Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. hoc eſt mandatum maximum & primum. & mandatum ſecundum ſimile huic eſt, ſcilicet, dilige proximum tuum ſicut teipſum. tota lex & Prophetæ in his duobus mandatis vertuntur. Et quum Phariſæi omnes conveniſſent, Dominus Ieſus

[1] *propriè*, abit. *fortaſſe legendū* ميرد moritur.

[2] *propriè*, vivum faciet.

Maximū mandatorum.

interrogavit: Vos de Messia quam opinionem habetis? cujus is filius est? dixerunt filius Davidis[1] est. dixit: quomodo itaque David[2] cum per instinctum Dei dominum suum vocat, & dicit, Dixit Dominus Domino meo, sede ad manum dexteram meam, donec inimicos tuos sub pedibus tuis ponam? quandoquidem igitur David eum Dominum vocat, quomodo filius ejus est? nemo potens erat qui ipsi responsum[3] daret. & ab eo die nemo potuit quicquam ab eo rogare. Tum temporis Dominus Iesus faciem ad turbam & ad discipulos vertit & dixit: Scribæ & Pharisæi super sedem Mosis sederunt. quicquid igitur vobis dicunt servate & facite. Sed opera ipsorum ne facite. dicunt enim, & non faciunt. quia onera gravia & difficilia ligant, & dorso hominum imponunt, neque volunt extremitatem digiti iis admovere. Omnia opera sua faciunt, ut appareant. [4] phylacteria dilatant, & funiculos ac fimbrias longas relinquunt. amant præeminentiam in synagogis & conviviis, & salutationem in foris, & ut Magistri (vocentur ab hominibus. Vos nolite vocari Magistri, quia Magister) vester idem unus Christus est, & vos fratres invicem estis. neque quemquam in terra patrem vocate, quia pater vester unus est qui in cælis est. Et[5] rectores ne vocemini: utique rector vester unus est qui Christus est. qui maximus est inter vos, is minister sit vobis. & quicunque se extulerit, dejicietur. & quicunque se dejicit, extolletur. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ. quia regnum cœlorum

[6] ante

[1] *in Autograph.* داستت *pro* داست *mendosum habet* د.
[2] *mendosè in autog.* داود مرا Davidem, *pro* داود اورا *itaque restituimus.*
[3] *omissum in Autograph. per incuriam* دهد daret.

Sequela magnatum.
Antesignani mali.

[4] *propriè*, tuitiones, amuleta, *quæ mala amoliendi vim habere credebantur. unde & phylacteria dicta, à conservando.*

Parenthesi inclusa desunt in Autographo.

[5] *pro* پدر, Pater, *restituimus* مدبر Rector.

پرسید شما از مسیح چه خبر دارید او پسر کیست گفتند پسر
داود است او گفت پس چگونه داود اورا بالهام خدا خداوند
خود میخواند وگوید گفت خداوند بخداوند من بنشین بدست
راست من تا دشمنان ترا زیر هر دو پای تو نهم پس هر گاه
داود اورا خداوند میخواند چگونه پسر او باشد هیچکدام
نتوانست که اورا جواب [دهد] وازان روز هیچ یک نتوانست
که هیچ چیز ازوی سوال کند، ان زمان حضرت ایشوع روی
بجماعت وبشاگردان کرد وگفت کاتبان وفریسین بر کرسی موسی
نشستند پس هر چه بشما گویند نگاه دارید وبکنید وکردارهای
ایشان نکنید که ایشان می گویند ونمی کنند چرا که بارهای
گران ودشوار می بندند وبر دوش مردم می نهند ونمیخواهند
که سر انگشت خود بدان رسانند همه کارهای خود میکنند
تا نمودار شوند تعویذهای پهناور می کنند وریسمانها وطیلسانها
دراز می گذارند دوست می دارند صدارت را در انجمنها
ومهمانیها وسلام را در بازارها وآنکه آموزگار [از جانب مردم
خوانده شوند وشمایان آموزگار خوانده نشوید زیرا که آموزگار]
شما همان یک مسیح است وشمایان برادران همدیگرید وکس را
بر زمین پدر نخوانید که پدر شما یکی است که در آسمانهاست
ومدبر خوانده نشوید هراینه مدبر شما یکی است که مسیح
است هر که بزرگست در شمایان او خادم باشد برای شما وهر که
خودرا برداشت انداخته شود وهر که خودرا اندازد بر داشته
شود، وای بشما ای کاتبان وفریسین دورویان که ملکوت آسمان را

بپیروی بزرگان،

پیشوایان بد،

بر روی

بر روي مردم مي بنديد نه خود مي در آييد ونه ديكران را مي
كذاريد كه در آيند ، واي بشما اي كاتبان وفريسين دورويان كه
از خانهاي بيوه زنان ويتمان مي خوريد بخواندن دعاهاي دراز
اين جهت بر شما داوري بزرك باشد ، واي بر شما اي كاتبان
وفريسين كه دو روياند كه بر وبحر را طي مي كنيد تا يك بيكانه
را صيد كنيد وجون بدام آورديد اورا براي دوزخ دو چندان
از خود ساخته ميكنيد واي بشما اي كشندكان نا بينا آنكه
ميكوييد هر كه سوكند بهيكل خورد اورا باكي نيست اما هر
كه سوكند بزر كه در هيكلست او بزه كار كردد واي دادانان
وكوران كدام بزركتر است زر يا هيكل كه آن را پاك مي سازد وهر
كه بمذبح سوكند ميخورد اورا باك نيست وآنكه بقربان كه بالاي
او باشد سوكند مي خورد بزه كار است اي كوران كدام كس بهتر
بزركتر است قربان يا مذبح كه قربان را پاك مي سازد پس هر
كه سوكند ميخورد بمذبح سوكند ميخورد بدو وبدانچه بالاي
اوست وهر كه بهيكل سوكند ميخورد سوكند ميكند بدو وبدانچه
درو ساكنست وهر كه سوكند باسمان ميخورد او سوكند بكرسي
خدا ميكند وبكسي كه برو بنشسته است ، انكاه بشاكردان
فرمود كه شما از جه مردم پرهيز كنيد درين مجلس مشاهده
مي كرد كه مردم در خورد توانكري خويش زرهاي صدقه در
صندوق اندازند بيوه زني نيز آمد ويك دو پول در خورد فقيري
خويش دران صندوق انداخت شاكردان را طلبيد وكفت راست
كويم بشما اين بيوه زن بيش همه صدقه داد چرا كه اينهمه از انچه

صدقه از دل هر جند كم ،

هر

[1] ante homines clauditis. neque ipsimet intratis, neque alios sinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia è domibus viduarum & orphanorum editis, nuncupando preces longas. propterea super vos judicium magnum est. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui hypocritæ estis. qui terram & mare [2] circuitis, ut unum peregrinum venemini. & quando in rete introduxistis, cum inferno duplo magis quam vos ipsos idoneum redditis. væ vobis duces cœci, qui dicitis, qui juramentum per templum edit, non est quod timeat. Sed qui jurat per aurum quod in templo est, reus factus est. [3] væ stulti & cæci; quodnam majus est, aurum, an templum quod illud sanctificat? Et quicunque per altare juramentum edit, non est quod timeat. at qui per sacrificium quod supra illud est juramentum edit, reus est. ô Cæci, quodnam melius & majus est, sacrificium, an altare quod sacrificium sanctificat? Itaque qui jurat per altare, jurat per illud, & per id quod supra illud est. & qui per templum jurat, jurat per illud, & per id quod in eo habitat. & qui jurat per cœlum, ille per solium Dei jurat, & per [4] eum qui super illud sedet. Tunc dixit discipulis, [5] ab hominibus [6] cavete. In hoc consessu videbat, quosdam in statu opulentiæ suæ aureos ad eleemosynam in arcam injicere. Vidua quædam etiam venit, & unum duosve quadrantes in statu paupertatis suæ in illam arcam injecit. Discipulos advocavit & dixit. Verè dico vobis, hæc vidua plus omnibus eleemosynæ dedit. quia hi omnes ex eo quod

[1] *propriè*, super vultum hominum.

[2] *pro* طي *forte legendū* طيف

[3] *pro* واي væ, *legendum fortassis* ô اي

[4] *propriè*, virum.

[5] *fortasse* جه *superfluum. aut legendum* وجه *ac vertendū*, à vultu hominū.

[6] *pro* كند *substituimus* كنيد

Eleemosyna ex corde, quamvis parva.

ipsis

ipſis abundabat dederunt. hæc autem [1] ex eo quod ipſi non ſufficiebat quicquid habuit injecit. Ex templo exivit, & ad montem Olivarum prædictum cum diſcipulis ſuis ivit. & quum veniſſet in locum qui ſublimis erat, & ſtructuræ urbis inde rectè conſpicerentur, diſcipuli ſtructuras templi & urbis laudabant, ipſique oſtendebant. ille reſpondit: Videtis hæc omnia? verè dico vobis, lapis ſuper lapidem non manebit qui non deſtruatur. interrogarunt, id quando erit? reſpondit. Quum videbitis quod Hieroſolymam obſident, ſcitote deſtructionem ejus propinquam eſſe. & quum pollutionem, quam Daniel Propheta prænunciavit, in loco ſancto conſtitutam videbitis, qui legit [2] intelligat, tum deſtructio Hieroſolymæ eſt. Pollutio autem quænam? effectum figuræ [3] Adriani Cæſaris fuit. is enim imaginem ſuam in templum miſit, ut eam Iudæi adorarent. Eo tempore qui in terra Iudææ ſunt ne exeant, & qui ſupra dorſum tecti domus ſunt, [4] deorſum ne veniant, ut de ſuppellectile ſua quicquam capiant. & qui in agro ſunt, ne revertantur ut veſtem ſuam capiant. & qui in circumjacente regione ſunt, intra urbem ne intrent. quia hi dies iræ ſunt, ut quod ſcriptum eſt omne compleatur. Væ prægnanti & lactanti in illis diebus. quia ſupra terram anguſtia gravis erit, & ira Dei ſuper hunc populum, & in os gladii incident, & in omnem plagam mundi abducentur, & Ieruſalem à gentibus conculcabitur, donec tempus compleatur. Et ut tanto magis ira Dei deſcendat, manus in vos injicient,

&

[1] *ad verb.* ex eo quod ipſi impletionem non faciebat, *id eſt, ex penuria ſua.*

[2] *pro* دريابه *ſubſtituimus* دريابد

[3] *pro* اووريان *legendum forte* اودريان

[4] *pro* بيشت بيايند *legendum putamus* پست نيايند ،

بر ايشان فراخ بود دادند امــا اين از انچه باو وفا نميكند هر انچه داشت انداخت از عبادتخانه بيرون شد وبسوي كوه زيتون مذكور با شاكردان خود ميرفت وچون رسيد بجايي كه مشرف بود وعمارات شهر از انجا خوب ديده مي شد شاكردان عمارتهاي هيكل وشهر را مي ستودند وباو مي نمودند او جواب داد مي بينيد اينهمه چيزها را راست ميكويم بشما سنك بر سنك نماند كه خراب نشود ايشان پرسيدند اين كي شود او جواب داد چون بينيد كه اوريشلم را محاصره مي كنند دانيد كه خرابي او نزديك است وچون پليدي را كه دانيال پيغمبر آن را خبر داده بود در جايكاه مقدس منصوب بينيد آن كه ميخواند دريابه آن زمان خرابي اوريشلم است وپليدي كه عبارت از صورت اووريان قيصر بوده كه او شكل خود را بهيكل فرستاد تا انرا يهودان پرستش كنند وآن زمان آنانكه در زمين يهودا هستند بكوهها كريزند وآنانكه در شهر اند بيرون نروند وآنانكه بر پشت بام خانه باشند بيشت بيايند كه از متاع خود چيز كيرند وآنانكه در صحرا باشند باز نكردند كه جامه خود ستانند وآنانكه در حوالي باشند درون شهر نه در آيند چرا كه آن روزهاي غضب اند تا انچه مكتوبست همه بجا آيد ، واي بر حامله وشير آور دران روزها زيرا كه بر زمين تنكي كلان باشد وغضب خدا برين كروه ودر دهان شمشير افتند وبهر سوي عالم بسر برده شوند واوريشلم پايمال امتها باشد تا وقتي كه زمانه سري كردد ، واز ان بيشتر كه غضب خدا نازل شود دستها بشما خواهند رسانيد

ودر

ودر پي شمايان خواهند بود وشما اسير خواهند ساخت وپيش
پادشاهان وحاكمان خواهند برد واين خواهد شد تا از من
كواهي دهيد ، پس در دل نكاه داريد پيش از وقت انديشه
نكنيد كه چه جواب دهيم بلكه آنچه بشما در آن ساعت القا
كرده شود همان كوييد كه من شمارا دهن ودانش دهم كه بان
هيچ دشمن بشما نتواند كه مقاومت كند ، پدران وبرادران
وخويشان ودوستان شمايان را بسپارند وچندي از شما كشته
شوند وبجهت من شمارا همه مردم دشمن دارند اما تار موي
شما تباه نشود وبصبر برداشت خود مالك جانهاي خويشتن
شويد ، ايشان پرسيد در آخر عالم كي باشد ونشان آمدن تو
چيست فرمود آكاه باشيد وبيدار شويد ودعا كنيد كه نميدانيد
كه ساعت كي شود ازان روز وساعت هيچكس نميداند تا
فرشتكان وهمچنانكه خرابي عالم در ايام نوح بود اينچنين آمدن
من خواهد بود كه همچنانكه دران روزها پيش از طوفان ميخوردند
ومي اشاميدند وشاديها داشتند تا آنروز كه نوح بكشتي درآمد
ونفهميدند تا ان زمان كه طوفان شد وهمه را برد اينچنين خواهد
بود آمدن آدمي زاده ، بيدار شويد كه نميدانيد كه خداوند
شما كي در رسد اين را بدانيد كه اكر خداوند خانه
دانستي كه چه وقت دزد مي آيد هر اينه او بيدار بودي
ونكذاشتي كه خانه او شكافته شود بنابرين شما نيز آماده
باشيد چرا كه هنكامي كه در فكر شما نباشد آدمي زاده خواهد
آمد وحكمت درين كه از ساعت آكاهي نداد آن بود تا هر كز

محنتهاي رسولان ،

قيامت بر همه پنهان

& persequentur vos, vosque in carcerem conjicient, & coram regibus & judicibus ferent, atque id fiet, ut de me testimonium detis. In corde itaque servate, ut ante tempus solliciti non sitis, dicentes, quid responsi dabimus? sed quod vobis ea hora [1] suggeretur, id ipsum loquimini. nam ego vobis os & scientiam dabo, cui nullus, inimicus vobis, poterit resistere. patres & fratres & cognati & amici vos tradent, & quidam vestrum occidentur, & propter me vos omnes homines odio habebunt. verum capillus vester non corrumpetur, & in patientia tolerantiæ vestræ possessores animarum vestrarum estote. Illi rogarunt de fine mundi, quando erit? & signum adventus tui quodnam est? dixit, Moniti estote & vigilate & orate, quia nescitis, hora quando futura sit. De illo die & hora nemo novit, usque ad angelos. & quemadmodum destructio mundi diebus Noæ fuit, sic adventus meus erit. Nam sicut illis diebus ante diluvium edebant & bibebant & gaudebant, usque ad eum diem quo Noa in [2] arcam intravit, & non intellexerunt usque dum diluvium fuit & omnes abstulit. Sic futurus est adventus Filii hominis. Vigilate quia nescitis, dominus vester quando adveniat. hoc scitote, quod si dominus domus scivisset quo tempore fur veniret, utique vigilasset & non sivisset ut domus sua perfringeretur. Itaque vos etiam parati estote, quia tempore quo non cogitabitis, Filius hominis venturus est. Et causa hujus, quod de hora certitudinem non dedit, ea fuit, ut nunquam

Calamitates Apostolorum.

[1] *propriè*, obviam efficietur.

Resurrectio omnes latet.

[2] *vel* navem. *vox Persica est* كشي *convenit cum Belgico* Kiste/ *& Lat.* cista. arcam *&* navem *designat.*

ſervitium Dei negligamus, & perpetuo metuamus. Tum ſigna extremæ diei declaravit & dixit. cauti eſtote ne quis vos decipiat. Multi in nomine[1] [meo] venient & dicent, Ego ſum, & plurimos decipient. Multi[2] prophetæ falſi ſurgent, & multos ſeducent. Qui uſque ad finem conſtantiam oſtendet, ſervabitur. Et hoc Euangelium regni in univerſo mundo prædicabitur, in teſtimonium omnium populorum, & tunc finis mundi erit. Si quis dicat, hic eſt Chriſtus aut ibi, ne credite, quia multi[3] prædicatores falſi ſurgent, & dicent, Ego ſum Chriſtus. Multi Prophetæ falſi ſigna magna edent, & res mirandas facient, adeo ut, ſi poſſet fieri, [4] electi Dei ſeducerentur. Dixit porro, in mundo bella multa erunt, & multi prædicabunt dicentes, Chriſtus ego ſum. & de hoc capite verba multa fecit. Hæc omnia ſigna terrena fuerunt. tunc de ſignis cœleſtibus prænunciavit & dixit: In ſole & luna & cæteris[5] ſtellis ſigna apparebunt. Sol lucem non dabit, & luna in tenebris erit. & conſpicietur, quod ſtellæ cadent in terram. anguſtia magna naſcetur. homines attoniti erunt, & mare tempeſtatem faciet, & homines metu & cogitatione hujus, ſcilicet poſt hæc quid futurum ſit, areſcent. ignis mundum incendet. Tunc temporis Filius hominis, ad vivificandum mortuos, angelos ſuos mittet cum tuba, & voce alta. & omnes qui in ſepulchro ſunt verbum Filii Dei audient & exibunt, & juſti ad vitam æternam reſurgent, & [6] impii ad ſupplicium, & omnes in unum locum convenient.

[1] *deeſt* meo من *in Autographo.*
[2] *propriè,* ex prophetis falſis.
[3] *propriè,* ex prædicatoribus falſis. *ut ſupra.*
[4] *pro* برة كريدكان *legendum puto* بر كزيدكان،
Signa cœleſtia ante reſurrectionem.
[5] *pro* رستاها *legendum puto* ستارهـا،
Suſcitatio mortuorum.
[6] *In* بر بدكاران *videtur* بر *ſuperfluum.*

tunc

از بندكي خدا غافل نشويم ودايم ترسان باشيم وانكاه علامات
آخرت بيان كرد وفرمود هشيار باشيد كسي شمارا بازي ندهد
بسياري بنام[من] آيند وكويند منم واكثر مردم را بازي دهند
بسياري از پيغمبران باطل برخيزند وبسياري مردم را كمراه سازند
كه تا آخر استقامت نمايد سلامت يابد، واين انجيل ملكوت
بتمام عالم منادي كرده شود براي كواهي همه امتها وانكاه پايان
عالم باشد، اكر كسي كويد اينجاست مسيح يا انجا ايمان
نياريد كه بسياري از مدعيان باطل برخيزند وكويند منم مسيح
بسيار پيغمبران باطل نشانهاي كلان نمايند وچيزهاي عجيب
كنند چنانكه اكر تواند بود برة كريدكان خدا بازي خورند،
وهم فرمود در عالم جنكها بسيار باشند وبسياري دعوي كنند
كه مسيح منم ودرين باب سخن بسيار كرد اينهمه نشانهـاء
زميني بوده است انكاه از علامات آسماني خبر داد وكفت در
افتاب وماهتاب وديكر رستاها نشانهـا پديد آيند افتاب
نور ندهد وماهتاب در تاريكي شود وچنان نمودار كردد كه
ستارها مي افتند در زمين تنكي عظيم پديد آيد مردم پريشان
شوند ودريـا شورش كند ومردم از ترس وفكر اين كه آخر
اين چه باشد خشك شوند آتش عالم را بسوزد، درين زمان
ابن البشر براي زنده كردن مردكان فرشتكان خود را بفرستد
بنفير وآواز بلند وهمه آنانكه در قبرند سخن ابن الله
بشنوند وبر آيند ونيكوكاران بجهت زندكاني جاويد برخيزند
وبر بدكاران براي عقوبت وهمكنان در يكجا فراهم آيند،

نشانهاي آسمان پيش از قيامت،
بعث مردكان،

آن

نموداري صلیب ٔ

آن زمان نشان ابن البشر در آسمان ظاهر شود یعني صلیب
مقدس وتمام قبیله مردم که اورا بینند بر خود گریه کنند
انگاه ابن البشر در ابرهاي آسمان ببزرگواري خود آید وهمه
فرشتگان در ملازمت او باشند ودر تخت بزرگواري خود نشیند
وهمه مردم پیش او جمع شوند وهمچنانکه شبان گوسفندان را از
بزها جدا مي کند اینچنین نیکان را از بدان جدا کند
ونیکوکاران را براست خود جا دهد وبدان را در چپ انگاه
عمل هر کس بر همه اشکارا شود وهر کسي جزاي کرده خود بیابد
وتا وانماید که صفت رحمت اورا محبوب وعزیزترست باانکه در
جانب راست او باشند گوید بیایید اي خجستگان پدر من
بگیرید آن پادشاهي که از گاه پیدایش عالم براي شما آماده
کرده شده است زیرا که گرسنه بودم ومرا طعام دادید تشنه
بودم ومرا آب دادید غریب بودم وجایگاه دادید برهنه بودم
ومرا پوشانیدید بیمار بودم ومرا عیادت کردید در زندان بودم
وبسوي من آمدید ، آن زمان دادگران جواب دهند وگویند
خداوند کي ترا گرسنه دیدیم وخورش دادیم تشنه وآب دادیم
کي ترا غریب یافتیم وجاي دادیم یا برهنه وپوشانیدیم یا ترا
کي بیمار ودر زندان دیدیم که پیش تو آمدیم بایشان جواب
دهد وگوید راست گویم بشما که هر چه بیکي ازین برادران
کوچک من کردید بمن کردید وباانکه در جانب چپ اند
بگوید اي ملعونان از من دور شوید وسوي آتش جاوید
روید که براي ابلیس ولشکر او آماده کرده شده است

کر

tunc temporis ſignum Filii hominis in cœlo apparebit, nempe crux ſancta, & omnes familiæ hominum qui illud videbunt, ſuper ſe flebunt. tunc Filius hominis in nubibus cœli cum gloria ſua veniet, & omnes Angeli in comitatu ejus erunt, & in throno gloriæ ſuæ ſedebit, & omnes homines coram ipſo congregabuntur. & ſicut paſtor oves ab hædis ſegregat, ſic bonos à malis ſegregabit, & juſtis ad dextram ſuam locum dabit, & malis ad [1] ſiniſtram. Tunc opus unius cujuſque omnibus palam fiet, & quiſque mercedem factorum ſuorum conſequetur. & ut oſtendat, qualitatem miſericordiæ ipſi chariorem & præcellentiorem eſſe, iis qui ad latus dextrum ejus erunt, dicet, Venite benedicti Patris mei, capite illud regnum quod à tempore nativitatis mundi pro vobis paratum fuit. quia famelicus fui, & me cibaſtis. ſitiens fui, & mihi aquam dediſtis. hoſpes fui, & locum dediſtis. nudus fui, & me veſtiiſtis. ægrotus fui, & viſitaſtis. in carcere fui, & ad me veniſtis. tunc juſti reſpondebunt & dicent, Domine; quando te famelicum vidimus, & cibum dedimus; ſitientem, & aquam dedimus? [2] quando te hoſpitem invenimus, & locum dedimus, aut nudum & veſtivimus? aut te quando ægrotum [3] & in carcere vidimus, quod ad te venerimus? reſpondebit ipſis, & dicet, verè dico vobis, quicquid [4] uni ex his fratribus parvulis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et iis qui ad latus ſiniſtrum ſunt dicet, Maledicti, à me procul eſtote, & in ignem æternum ite, qui Diabolo & exercitui ejus [5] paratus eſt.

Apparitio crucis.

[1] *pro* ختب *ſubſtituimus* چپ, *quia mendoſa omnino punctatio videtur.*

[2] *pro* كه quod, *ſubſtituimus* كي quando?

[3] *pro* زود *ſubſtituimus tranſpoſitis literis* ودر

[4] *pro* نبيكي *ſubſtituimus* ببيكي, *tranſpoſito uno puncto.*

[5] *pro* آمده *dedimus* آماده

Famelicus fui, & mihi cibum non dediſtis. ſitiens fui, & mihi aquam non dediſtis. hoſpes fui, & mihi locum non dediſtis. nudus, & me non veſtiiſtis. ægrotus & incarceratus fui, & me non viſitaſtis. Illi reſpondebunt, Domine, quando te eſurientem aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut ægrotum aut incarceratum vidimus, & non miniſtravimus? tunc ipſis reſpondebit, verè dico vobis, quod uni ex hiſce parvulis meis non feciſtis, ' [mihi non feciſtis.] Tunc illi in ſupplicio æterno erunt, juſti autem in vita æterna. Tunc dixit, Cœlum & terra è loco ibunt, ſed verba mea non peribunt. Hic totus ſermo tertio die ſeptimanæ in vico Bethaniæ habitus eſt.

' من نكرديد *deeſt in autogr.*

PARS TERTIA,

De Paſſionibus, & moleſtiis, & morte CHRISTI.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

EX dictis clarè patuit, Dominum Ieſum aliquoties de morte ſua verba feciſſe, quodque traderent Iudæi ipſum judicibus peregrinis, ut interficeretur, ac de fructu & emolumento quod ex morte ejus naſceretur, quæ ſalus hominum eſt. Porro etiam innotuit, fore ut hæc omnia volente ipſo ipſi evenirent, abſque ut cuiquam poteſtas ea eſſet, ut ipſi dolorem ullum inferre poſſet, niſi ipſimet placitum eſſet. hinc eſt, quod quandocunque volue-

Ieſus voluntate propria moritur.

كرسنه بودم ومرا طعام ندادید تشنه بودم ومرا آب ندادید غریب بودم ومرا جا ندادید برهنه ومرا نپوشانیدید بیمار ومحبوس بودم ومرا عیادت نکردید ایشان جواب دهند خداوند كي ترا كرسنه یا تشنه یا غریب یا برهنه یا بیمار یا محبوس دیدیم وخدمت نکردیم آن زمان ایشان را جواب دهد راست کویم بشما آنچه بیکي ازین کوچکان من نکردید [بمن نکردید] پس ایشان در عذاب جاوید باشند ونیکان در حیات دایم ، انکاه فرمود آسمان وزمین از جاي روند اما سخنان من ضایع نشوند این همه كفت وكو در سه شنبه در قریه بیتانیه بوده است ،

باب سیوم

در جفاها ومحنتها ومرك مسيح ،

متي كو ، مرقوس يد ، لوقا كب

از كفتها مشخص دانسته شد كه حضرت عيسي چند بار از مردن خود سخن كرد واز سپردن يهودان اورا بحاكمان بیكانه تا كشته شود واز میوه وفایده كه از مرك او بيدا آید كه آن سلامتي مردم است وهم معلوم شد كه این همه باراده او برو خواهد آمد بي آنكه كسي را یاراي آن باشد كه اورا رنجي تواند رساند اكر خود راضي نباشد ازین است كه هر كاه

ايشوع بخواهش خود ميميرد ،

خواستند كه اورا بكشند يا سنكسار سازند يا بند كنند هر
كز نتوانستند كه هنوز اراده او نبود امـا جون وقت رسيد
وخواست كه جان خود بواسطه مردم دهد بلكه بواسطه كناه
كاران بل بخاطر دشمنان ودرين كار بزركي رحمت خويش
وانمايد خود بشهر اورشليم آمد آنجا كه مي دانست كه در پي
كشتن او هستند هر چند ايشان بغايت دشمي خواستند كه
اورا بكشند او بتمام محبت ومهرباني خواستند كه خودرا
بكشتن دهد بواسطه علاج ايشان پس سبب اين مرك ارجانب
آنكه سعي در كشتن او كردند غايت بدي ايشان بود جه
بغير اين كه عالم در پاي او ميرفت وازين بي روي دوكان
ايشان ويرا مي شد ديكر سبب نبوده امـا از جانب او كه
خود خواست كه بعالميان روشن سازد كه ايشانرا چه مقدار
دوست مي دارد كه در عوض كناهان ايشان تـا جان خود
ميدهد وآن تحمل ومحبت وديكر جيزهـا كه در سه سال
بكفتار آموخت اكنون بكردار خود وامي نمايد غايت نيكي
بود ، ازينجاست كه اكر مرك مسيح از جه كناه يـا كناه
كلان بوده جون يهودان محض كينه وناحق بجندان عقوبتهـا
وبيحرمتيها كشتند بهترين كسي راكه در عالم بوده است وچندان
نيكوييهـا بايشان كرده بود امـا همان مرك بهترين خدمت
بوده كه خدارا در عالم كرده شد جون قربان خدا ساخت
بهترين جيزي كه مي تواند بود وخودرا باختيار خود
سپرد بجهت كفارت وخلاصي مردم ودرين نمونه داد ازهر كمال
نيكي ،

voluerunt eum interficere aut lapidare, aut vincire, nunquam potuerint, quia nondum voluntas ejus erat. Sed quum tempus venit, & voluit animam ſuam pro hominibus dare, [1] imo pro peccatoribus, [1] imo pro inimicis, & in hoc opere magnitudinem miſericordiæ ſuæ oſtendere, ipſemet urbem Ieruſalem adiit, ubi ſciebat ſtudere eos ipſum occidere. Quamvis illi extrema inimicitia voluerint eum occidere, ipſe ſumma charitate & miſericordia [2] voluit ſeipſum occidendum dare pro ſalute ipſorum. Cauſa itaque hujus mortis, à parte eorum qui conati ſunt eum interficere, extremitas malitiæ ipſorum fuit. [3] præterea, quod mundus eum ſequeretur, & ex hac ſecutione officina eorum deſerta fieret. alia cauſa non fuit. Sed à parte ipſius, quod ipſemet voluerit hominibus clarum facere, quantopere ipſos amaret, ut pro peccatis ipſorum [4] etiam animam ſuam daret, & patientiam, & charitatem & alia, quæ tribus annis ſermone docuerat, nunc opere ſuo præſtaret, extremitas bonitatis fuit. Hinc eſt, quod [5] etſi mors Chriſti ex mero peccato [6] aut peccato magno orta ſit, quandoquidem Iudæi pura vindicta & injuſtitia tot ſuppliciis & ignominiis occiderunt optimum virum qui in mundo eſſet, & tot beneficia ipſis fecerat, tamen eadem illa mors optimum ſervitium fuerit, quod Deo in mundo factum ſit: quandoquidem Deo obtulit optimum quod eſſe poterat, & ſeipſum [7] voluntariè tradidit pro expiatione & ſalute hominum. atq; in hoc exemplum dedit perfectiſſimæ boni-

[1] *propriè*, ſed.

[2] *propriè*, voluerunt, *plur. pro ſingulari.*

[3] *ad verb.* quid præter hoc?

[4] *propriè*, uſque ad animã ſuam.

[5] *pro* اكر ſi *legendum puto* اكر چه etſi.

[6] *forte pro* يا *legendũ* تا, *ut ſenſus ſit*, etiam peccato magno. *propr.* uſque ad peccatum magnũ.

[7] *propr.* cum electione ſua.

Annunciatio Esaiæ de passionibus Christi.

bonitatis. Et de hoc quod Christo accidit omnes Prophetæ antecessoria dederant. Quod de hoc negocio Prophetæ dixerunt, antequam Dominus Iesus in mundum veniret, si transtulissem, nunquam finem cepisset. Sed [1] judicium docuit, ut quod jam ante octingentos & aliquot annos Esaias propheta de adventu Christi scripsit transferam. Capite itaque quinquagesimo tertio verba faciens de Christo, dicit. Domine, quis credet hisce rebus, quas ex me audiet? & potentia Dei cui revelata est? Et surgit sicut ramus arboris, & radix è terra arida. forma in eo non est, neque pulchritudo. & vidimus eum & speciem non habuit, & desideravimus eum. vidimus eum contemptum & postremum hominum, virum doloris & expertum miseriarum, & vultum ejus quasi qui absconditus fuerit, & contemptus. & ob hanc causam eum non reputavimus. utique, miserias nostras is portavit, & dolores nostros [2] is tulit. & nos putabamus quod ille quasi leprosus esset, & [3] percussus à Deo, & ab eo contemptus. Verum ille vulneratus fuit propter peccata nostra, & attritus propter malitias nostras. doctrina pacis nostræ [4] super manum, & per vulnus ejus [5] sanitatem consecuti sumus. nos omnes sicut oves errantes sumus, quisque in viam suam ivit, & Dominus malitiam omnium nostrum suivit, & non aperuit os. sicut [6] ovis ad lanienam ducitur, & sicut agnus coram eo qui lanam ejus aufert, mutus est, & os suum non aperit.

[1] *id est,* recta judicandi ratio.
[2] *omisimus ex Autographo* او برداشت ودردهاي ـــا *tanquam jam dicta, adeoque superflua.*
[3] *in autographo est* مقصوب *quam vocem quidam induxit, & substituit* مصلوب crucifixus. *male. Arabica vox* percussum *denotat, unde &* قصيب baculus, qui cędit. & قصاب lanius, *qui pecora mactat & cædit.*
[4] *supple,* ejus erat. *quod si pro* بر دست *legas* بر داشت *sensus erit,* doctrinam pacis nostræ tulit.
[5] *male* صحبت amicitiam, *pro eo* صحت *dedimus.*
[6] *pro* کوسفند را *legendum putamus sine* را

ex

خبر ایشعیا از جفاهاي مسیح ،

نیکي ، وازین واقعه مسیح همه پیغمبران سابق خبرهـــا داده بودند آنچه درین باب پیغمبران گفته اند پیش از آنکه حضرت ایشوع بعالم بیـــاید اگر نقل مي کردم هر گز تمـــامي نگرفتي لیکن انصاف نمود که آنچه پیش ازین هشتصد وچند ســـال ایشعیـــا پیغمبر از آمدن مسیح نوشته است نقل کنم پس در فصل پنجاه وسیم سخن کنان از مسیح مي گوید خداوند که اعتقاد مي کند باین چیزهـــا که از من خواهد شنید وقدرت خدا کرا ظاهر شده است ، وبرخیزد همچنانکه شاخ درخت وبیخ از زمین خشک صورت دروي نیست ونه خوبي وديدیم اورا وشکل نداشت وآرزو داشتیم ازو ، دیدیم اورا حقیر وپسین ترین مردم مرد درد ولازماینده رنجهـــا وروي او گویـــا که نهفته شد وحقیر وباین سبب اورا در حساب نداشتیم ، هراینه رنجهاي ما او بر داشت ودردهاي مـــا او برد وما دانستیم که او گویـــا پیس است ومقصوب خدا وحقیر کرده او ، امـــا او زخمي بود بواسطه گناهان مـــا وکوفته بخاطر بدیهاي مـــا تعلیم صلح مـــا بر دست وبزخم او صحت یافتیم ، مـــا همگنان همچون گوسفندان گم شده ایم هر کدام براه خود رفت وخداوند بدي همه مـــا درو نهاد ، گزرانیده شد چرا که او خود نخواست ونگشاد دهان همچنـــانکه گوسفند را بمسلخ برده شود وهمچون بره در نظرانکه پشم اوبر مي دارد گنگ شود ودهـــان خود نگشـــاید

از

از اندوه وداوري بر آید اولاد او را که تواند بیان کردن زیرا که بریده شد از زمین زندگاني بواسطه گناه گروه خود اورا زدم وبدان را بقبر دهد وتوانگران را بمرگ خود چرا که بدي نکرد ودر دهان او دغا نبود ، وصاحب خواست کوفتن او بناتواني اگر جان خود بواسطه گناه نهد نسل خود تا روزگار دراز بیند ورضاي خداوند بدست او بیخار خواهد بود ازینجا که روح او محنت کشید بیند وسیر شود وبدانش خود نیک سازد همان نیک بنده من بسیار مردم را وهمان بردارد بدیهاي ایشان ، بدین سبب اورا بسیار خواهم بخشید وبخشش خواهد کرد غنیمت قوي دستان چرا که او بمرگ سپرد جان خودرا ودر حساب گناه کاران داشته شد واو بر داشت گناه بسیاران وشفاعت کرد براي آنانکه از حد گذشتند ، تا اینجا سخن ایشعیا بود درین سخنها بطریق اجمال سبب مرگ وروش کشته شدن او وفایده مرگ او بیان شد اکنون بطریق تفصیل انشاء الله گفته روم ، دو روز پیش از عید فصح بشاگردان فرمود خبردارید که پس از دو روز عید فصح مي آید وابن البشر سپرده مي شود که مصلوب گردد درین هنگام کاهنان بزرگ وپیران یهود در خانه بزرگ کاهنان جمع شدند وراي زدند که حضرت ایشوع را چه طور بدست آرند وبکشند نمي خواستند که اورا در روز عید گرفته وگیر کنند که چون عام را باو عقیده شده بود ترس داشتند که از گرفتن او فتنه

ex anguſtia & judicio exibit: filios ejus quis poteſt declarare ? quia ſucciſus fuit de terra vitæ. propter peccatum populi mei ipſum percuſſi. & impios pro ſepultura dabit, & divites pro morte ſua. quia malum non fecit, & in ore ejus dolus non fuit. & Dominus voluit atterere eum infirmitate. Si animam ſuam pro peccato ponit, proſapiam ſuam uſque in tempus [1] longum videbit, & voluntas domini in manu ejus [2] expedita erit. hinc quod ſpiritus ejus laboravit, videbit & ſaturabitur, & per cognitionem ſuam juſtificabit ille idem juſtus ſervus meus multos homines, & idem ille portabit malitias ipſorum, propterea ipſi multum diſpertiar, & dividet ſpolium fortium manibus, quia ipſe in mortem tradidit animam ſuam, & in numero peccatorum habitus fuit, atque ipſe tulit peccata multorum, & interceſſit pro [3] transgreſſoribus. Hactenus ſermo Eſaiæ fuit. In his verbis [4] ſummatim cauſa mortis, & modus occiſionis ejus, & utilitas mortis ejus declarata fuit. nunc [5] diſtinctè, ſi voluerit Deus, [6] dicere vado. Biduo ante feſtum Paſchatis diſcipulis dixit, ſcitis quod poſt duos dies feſtum Paſchatis venit, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. hoc tempore Sacerdotes magni & ſeniores Iudæorum in domum ſummi Sacerdotis convenerunt, & [7] conſilium inierunt, Dominum Ieſum qua ratione prehenderent & occiderent. noluerunt eum die feſti prehendere. quoniam enim [8] populus ipſi adhærebat, metuerunt ne ex comprehenſione ejus ſeditio

[1] *ſcribitur* از *ex.leg putamus* دراز longũ.
[2] *ad verb.* ſine ſpinis erit. *niſi forte aliter legendum. difficilis enim hic lectio.*
[3] *ad verb.* iis qui à termino tranſierunt.
[4] *propr.* via collectionis.
[5] *propr.* via diſtinctionis.
[6] *propr.* dicentes imus.
[7] *Belgicè ad verbum*, ende ſy hebben raet gheſlagen.
[8] *ad verb.* populo cum ipſo ligatio erat.

& tumultus oriretur. [1] Iudas Iſcarioth, qui unus ex duodecim erat, & qui Chriſtum tradidit, ab eo die quo in iſto convivio occaſione unguenti reprehenſus fuerat, diabolus in corde ejus locum ſibi fecerat. hoc tempore [2] oportunitatem nactus ad principes Sacerdotum ivit; atque ipſis dixit: quid mihi dabitis? ego eum vobis tradam. illi gaviſi ſunt, atque ipſi triginta numero denarios polliciti ſunt. Ille pactum [3] iniit ut dominum traderet. & opportunitatem quærebat, ut promiſſum ſuum impleret, ſic ut tumultus non fieret. Eo tempore feſtum Paſchatis appropinquavit. & quum filii Iſraël ex Ægypto aſcendiſſent, mandato legis ipſis injunctum fuit, ut eo feſto agnum ederent. Dominus Ieſus Petrum & Iohannem advocavit & dixit, Ite & Paſcha parate ut edamus. dixerunt, ubi vis ut paremus? dixit, in urbem intrate, & in eo itinere viro cuidam occurretis, qui amphoram aquæ bajulabit. ſequimini eum, & in domo quam ille intrat domino iſtius domus dicite, Præceptor tibi dicit, locus ubi eſt, ut ego cum diſcipulis meis Paſcha edam? ille vobis cœnaculnm magnum lectis ſtratum, & tapetis conjectum oſtendet, ibi parate. iverunt & in urbem intrarunt, & iſtum virum invenientes, locum pararunt. Die quinto ſeptimanæ, quum poſtridie ejus feſtum fuit, in fine diei Dominus Ieſus Hieroſolymam venit, & in iſta domo hoſpitium cœpit. proprium tempus venit, & menſam extraxerunt. duodecim Apoſtolis dixit: vehementer deſideravi hoc Paſcha vobiſcum edere,

ante-

[1] *Non hic latinitatis, ſed conſtructionis Perſicæ, quæ & Hebræis aliiſque Orientalibus communis eſt, rationem habuimus. Iudas Iſcarioth, Diabolus in corde ejus, id eſt, Diabolus in corde Iudæ Iſcarioth, &c.*

[2] *pro* قابو *legendum videtur* قابول

[3] *propriè*, ligavit *vel* clauſit.

وشورش شود ، یهودا اسخریوطي که یکي از دواز ده بود
ومسیح را او سپرد ازان روز که دران مهماني بتقریب روغن
ملامت برده شد شیطان بدلش جاي کرده بود دردین زمان
قابو یافته پیش بزرکان کاهنان رفت وبایشان کفت مرا چه
مي دهید من اورا بشما میسپارم ایشان شاد شدند وباو سي
عدد دینار وعده کرده بودند او پیمان بست که خداوند را
سپارد وفرصت میجست تا وعده خود بجا آورده باشد
بطوري که شورش نشود ، دریں هنکام عید فصح نزدیک
رسید وزماني که بني اسرایيل از مصر برآمدند بحکم توریت
بر ایشان واجب شده بود که دریں عید بره بخورند
حضرت ایشوع بپدرو ویوحنا را طلبید وفرمود بروید وفصح
را اماده سازید تا بخوریم ایشان کفتند کجا میخواهي که
مستعد سازیم فرمود بشهر در روید ودران رفتن بمردي
ملاقات خواهید کرد که سبوي آب مي برد دنبال او روید
وبخانه او که دراید بخداوند آن خانه کویید آموزکار بتو مي
کوید جا کجاست تا من بشاکردان خود فصح خورم او بشما
کوشکي بزرک فرش کسترده وبساط انداخته خواهد نمود همانجا
آماده کنید ایشان رفتند وبشهر در آمدند وآنمرد را یافته
جایکاه ساخته کردند ، روز پنجشنبه که فرداي آن عید بود
آخر روز حضرت ایشوع باوریشلم آمد ودران خانه منزل
کرفت خود وقت رسید وسفره کشیدند بدوازده اپوستلس
فرمود سخت آرزو داشتم که این فصح را باشما بخورم

پیش

پیش از انکه محنتها کشم در اثنای خوردن فرمود راست
گویم بشما که یکی از شما که هم طبق منست وبا من می خورد
مرا خواهد سپرد ونوشته زبور کمال خواهد گرفت که اینست انکه
با من میخورد پاشنه خود را بضد من خواهد برداشت پیش از
انکه این بجا آید بشما می گویم تا وقتی که این واقع شود ایمان
بیارید که منم ، ایشان بسیار دلگیر شدند وبههدیگر نگریستند
که نمی دانستند که مراد او کیست وهر کدام پرسیدن گرفت
که مگر منم ای خداوند جواب داد انکه دست او در طبق
من است او مرا خواهد سپرد هر اینه آدمی زاده میرود همچنانکه
از نوشته شده است اما وای بران مرد که او در سپردن آدمی
زاده واسطه شود به بودی اورا که زاده نمیشد ، یهودا خود را
بپوشید نیز پرسید مگر منم ای استاد فرمود اینچنین است که
گفتی ، درین هنگام یوحنا از غم والهام خاص خدا بر سینه
حضرت ایشوع سر نهاده بود پیدرو باو گفت از که سخن میکند
یوحنا بحضرت ایشوع گفت ای خداوند کیست انکه ترا خواهد
سپرد جواب داد آنست که من نان تر کرده باو میدهم ونان
در شوربا تر کرده بیهودا اسخریوطی داد در حال شیطان
بجان او در آمد ودر سپردن مسیح بجدتر شد حضرت ایشوع
بر اندیشه او مطلع شده باو فرمود هر چه میکنی زودتر کن
هیچکدام ازینها که نشسته بودند نفهمیدند که بچه تقریب
این سخن باو می گوید که او چون صاحب خرج بود انگاشتند
که اورا به کاری میفرستد ومی فرماید که برو وبخر آنچه

antequam patiar. inter edendum dixit, Verè dico vobis, unus ex vobis, qui socius patinæ meæ est, & mecum edit, me traditurus est, & quod scriptum est in psalmis complementum capiet, [1] scilicet, qui mecum edit, calcaneum suum contra me efferet. antequam id compleatur, dico vobis, ut quando id accidet, credatis me esse. Illi multum contristati sunt, ac se mutuo sunt intuiti: quia nesciebant, quæ mens ejus esset. & quisque rogare cœpit, num ego sum Domine? respondit, cujus manus in patina mea est, ille me tradet. utique filius hominis vadit, sicut [2] de eo scriptum est. sed væ illi homini, qui tradendi filii hominis medium [3] erit. bonum fuisset illi nunquam natum fuisse. [4] Iudas se ipsum [5] occultavit. interrogavit etiam, num ego sum præceptor? dixit, ita est quod dixisti. Tunc Iohannes ex dolore & inspiratione peculiari Dei in pectus Domini Iesu caput reposuit. Petrus dixit ei, de qua re verba faceret. Iohannes Domino Iesu dixit, Domine, quis est qui te tradet? respondit, is est, cui ego panem madefactum do. & panem in jusculo madefactum Iudæ Iscarioth dedit. statim Diabolus in animam ejus intravit, & ad tradendum Christum fervidior factus est. Dominus Iesus, cogitatione ejus explorata dixit ipsi, quodcunque facis, festinantius fac. nulli eorum qui assidebant intellexerunt, ob quam causam hoc verbum ipsi diceret. quoniam enim ille dominus sumptuum esset, putarunt quod eum ad opus aliquod mitteret, & diceret [6] abi & eme id quod

[1] *propriè*, quod hoc est.

[2] *pro* از *legendum putamus* ازو

[3] *pro* شو *dedimus* شود

[4] *pro* یهودان *quod* Iudæos *significat, lege* یهودا ،

[5] *fateor tamen in Autograph. scribi quasi legendum esset* بپوشد *tum sensus est*, Iudas sibi ipsi tinea fuit. *sed quod expressimus, rectum videtur.*

[6] *pro* برود بخر *dedimus* برو وبخر *nisi forte legendū* بزود بخر *& vertendum*, festinãter eme.

ad festum necessarium est, aut aliquid pauperibus festinanter da. Tunc omnes allocutus est & dixit, scitote quod caro mea pro vobis tradetur, & sanguis meus effundetur pro remissione vestra & multorum aliorum. Tunc cum cognovissent eum moriturum, rursus accinxerunt se ad hoc, Quisnam ex nobis maximus erit? Dominus Iesus reprehendit ipsos & dixit, Qui inter vos maximus est, minimus sit, & qui primus est is tanquam minister sit. quis major est, qui sedet, [1] an qui ad ministrandum stat? nonne is est qui sedet? Ego sum in medio vestri tanquam quidam qui ministret. Eo tempore à mensa surrexit, & vestes suas exuit & in terram deposuit, & linteum lumbis alligavit. Tunc [2] aquam in pelvim misit, & ad Apostolos venit, & voluit pedes ipsorum lavare, atque illo linteo siccare, initio facto à Petro. dixit illi, Domine, tu mihi pedes laves? Dominus Iesus respondit, quod ego facio, tu nunc non intelligis, posthac cognosces. Petrus dixit, nunquam pedes meos lavabis. Dominus Iesus quum vidit, eum nolle acquiescere, dixit ipsi, si [3] te non lavo, portionem mei [4] non consequêris. Tum Petrus dixit, Domine mi, [5] non solum pedes meos lava, sed manus & caput etiam. Dominus Iesus dixit ipsi, qui lotus est, non opus habet ut præter pedes quippiam aliud lavet. & tu totus mundus es, & vos mundi estis, sed non omnes. hoc dixit, quia sciebat, quis ipsum esset traditurus. tum pedes Petri lavit summa cum humilitate & clementia cordis, & flens, & summa cum charitate & amore.

Sermo Apostolorum de præeminentia.

[1] *pro* ٻا *dedimus* پـا

Lotio pedum Apostolorum.

[2] *pro* آن *dedimus* آب

[3] *pro* تر *dedimus* ترا

[4] *pro* بپابي *legendum puto* نپابي *nisi forte* ب *ibi neget.*

[5] *pro* تنهـا solum, *dedimus* نتنهـا non solum, *reipsa id postulante.*

براي عيد دركارست يا جيزي بفقرا زود ده، انكاه بهمه خطاب
كرد وكفت بدانيد كه تن من بواسطه شما سپرده شود وخون من
ريخته آيد بجهت آمرزيدن شما وبسياري از ديكران ، درين
زمان جون دانستند كه خواهد مرد باز شروع كردند درين كه
كدام كس از مايان كلان باشد حضرت ايشوع بايشان ملامت
كرد وفرمود آنكه در شمـا كلانست خورد شود وآنكه پيشوا
شود او همجون خادم باشد كدام است بزرك آنكه مي نشيند يا
آنكه بخدمت مي ايستد نه آنست كه مي نشيند منم درميان
شما همجون كسي كه خادم باشد دريولا از سر سفره برخاست
وجامهاي خود بيرون كرد وبر زمين نهاد وچادر بر ميان
بست انكاه آب در مشرب كرد وپيش اپستلس آمد وخواست
كه پاي ايشان بشويد وبدان چادر خشك سازد اغاز از پيدرو
باو كفت اي خداوند تو من پاي مي شويي حضرت ايشوع
جواب داد آنچه من مي كنم تو اكنون نمي فهمي بعد ازين
خواهي دانست پيدرو كفت هر كز پاي مرا نخواهي شست
حضرت ايشوع جون ديد كه راضي نميشود باو فرمود اكر ترا
نشويم نصيبه از من بيابي ، آنزمان پيدرو كفت خداوند من
نتنهـا پاي من بشويي بلكه دست وسر هم حضرت ايشوع باو
فرمود آنكه شسته شده است ضرور ندارد كه بجز پا جيزي ديكر
بشويد وتو تمام پاكي وشمايان پاكيد اما نه همه اين كفت
چرا كه مي دانست كه اورا كه خواهد سپرد پس پاي پيدرو
شست بتمام فروتني ونرمي دل وكريان وبتمام محبت ودوستي

كفت وكوي رسولان بر سرداري

غسل پاي رسولان ،

وهمجنين پاي همكنان شست وجون از شستن فارغ شد جامهاي خود كرفت وپوشيد ونشست وكفت شمايان مرا خداوند واستاد مي خوانيد وخوب مي كوييد جرا كه هستيم هر كاه من كه خداوند وآموزكارم پاي شما شستم شمايان نيز بايد كه پاي يك ديكر بشوييد ، شمارا نمونه دادم تا همجنانكه من كردم همجنين كنيد راست راست مي كويم بشما نه خدمت كار كلانتر از خداوند خويش ونه فرستاده از فرستنده خود اكر اين را ميدانيد خنك هستيد اكر اين جيزها را مي كنيد ، يهودا اسخريوطي بعد اين سخن از مجلس بيرون رفت ، جون او بر آمد مسيح كفت اكنون آدمي زاده بزركوار مي شود وخدا دروي بزركوار شد پسركان كمتر زماني بـا شما باشم ، وبشمـا حكمي نو مي دهم كه شمايان همديكر را دوست داريد همجنانكه من شمارا دوست مي دارم درين شناخته شويد كه شاكردان منيد اكر دوستدار يك ديكر باشيد ، منم راه وراسي وحيات هيجكس بي وسيله من بپدر نميرسد ، اكر مرا دوست مي داريد پاسباني احكام من كنيد ، آنكه احكام من مي دارد ومحافظت مي كند آنست انكه مرا دوست مي دارد وانكه مرا دوست مي دارد محبوب پدر من خواهد شد ومن اورا دوست خواهم داشت وخود را برو ظاهر خواهم كرد ، وانكه مرا دوست مي دارد ومحافظت سخنان من مي كند پدر من اورا دوست مي دارد بپش او بيايم ودرو قرار مي كيريم ، اينست حكم من كه يك ديكر را دوستداريد همجنانكه من شمارا دوست داشتم بزركتر محبت ازين نمي باشد كه يكي جان خود را بجهت دوستان خود دهد شمـا دوستان منيد اكر بعمل مي آريد آنجه بشما مي كويم ، درين باب بيش از يكساعت كفت وكو داشت وسخنهاي عزيت كفت ، انكاه فرمود اكنون كفتار

تعليم فروتني ،

خود را

& ſimiliter pedes omnium lavit. & quando à lavando ceſſavit, veſtes ſuas cepit & induit, & conſedit ac dixit: Vos me dominum & magiſtrum vocatis, & bene dicitis, nam [1] ſumus. [2] quandoquidem ego qui dominus & magiſter ſum, pedes veſtros lavi, vos etiam decet ut pedes alii aliorum lavetis. Vobis exemplum dedi, ut ſicut ego feci, ſimiliter faciatis. Verè verè dico vobis, non eſt ſervus major domino ſuo, neque miſſus miſſore ſuo. ſi hoc ſcitis, beati eſtis, ſi hæc facitis. Iudas Iſcarioth poſt hunc ſermonem è convivio exiit. quum ille exiiſſet, dixit Chriſtus: nunc filius hominis glorificabitur, & Deus in ipſo glorificatus eſt. filioli, pauculum tempus vobiſcum ſum. & vobis mandatum novum do, ut vos mutuo ametis, quemadmodum ego vos amo. in hoc cognoſcemini quod diſcipuli mei ſitis, ſi alii alios amatis. Ego ſum via, veritas, & vita. nemo ſine interventu meo [3] ad Patrem venit. ſi me amatis, præcepta mea cuſtodite. qui præcepta mea habet & cuſtodit, is eſt qui me amat. & qui me amat, dilectus patris mei erit, & ego eum amabo, meque ipſi manifeſtabo. Et qui me amat & cuſtodit verba mea, pater meus eum amat. ad eum veniemus, & in eo [4] permanebimus. Hoc eſt præceptum meum, ut alii alios ametis, quemadmodum ego vos amavi. Major charitas hac non eſt, ut quis animam ſuam pro amicis ſuis det. vos amici mei eſtis, ſi in actum deducatis quod vobis dico. De hoc capite pluſquam unam horam locutus eſt, & verba conſolationis dixit. Tunc dixit: nunc ſermonem

Doctrina humilitatis.

[1] *plur. pro ſingulari.*

[2] *pro* هر كاه كه من *quod ſonat*, quandocunque ego, *neque hic quadrat, dedimus per tranſpoſitionem* هر كاه من كه quando ego qui.

[3] *in Autograph.* بپدر ونميرسد *ubi* و *ſuperfluum.*

[4] *propriè*, firmitatem capiemus.

meum

meum vobiſcum longum non faciam. omnes vos hac nocte in me offendemini, quemadmodum ſcriptum eſt, percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. ſed poſtquam reſurrexero, in Galilæam ad vos veniam. Et Simoni dixit, Simon, Simon, ecce Diabolus voluit te cribrare inſtar tritici. ego pro te oravi, ut fides tua non deficiat. & tu converſus fratres tuos ſtabiles redde. Ipſemet hunc ſermonem illuſtravit & dixit: Nunquam fides Petri, qui [1] ſucceſſor primus eſt, deficiet, & opus ejus confirmare alios eſt. atque ita factum eſt. nam uſque ad hodiernum diem nulli Papæ, qui derivatio ex vicario Petro eſt, in fide defectus fuit. Petrus reſpondit ei, quamvis omnes offenderentur, tamen ego nunquam offendar. domine mi, paratus ſum ut in carcerem & in mortem [2] [tecum eam] & animam meam pro te ponam. Dominus Ieſus reſpondit. tu animam tuam [3] pro me pones? verè verè dico tibi, quod hac nocte, antequam gallus bis clamet, tu ter me abnegabis. ille dixit, etſi tecum in mortem eam, non abnegabo. Deinde ex urbe exiit, & undecim Apoſtoli cum ipſo erant. & ad [4] ulteriorem ripam [5] maris Cedron ivit, & in ſinu montis oliveti prope vicum nomine Getſimani in hortum intravit, ubi ſæpiſſimè in precibus egerat. & viæ comitibus dixit, Vos hîc ſedete & orate, ne vos Diabolus ſeducat. ego eò vado ut orem. & ex numero Apoſtolorum Petrum & Iohannem & Iacobum ſecum duxit. quantum eſt unius lapidis jactus ab aliis ſeparavit ſe.

Tunc

Corroboratio fidei Petri.

[1] *in Autogr. eſt* خليفه Chalipha, *quod nomen ſummi Imperatoris eſt vel Pontificis. Imperatoris, qui ſucceſſor eſt Muhammedis. Pontificis, qui ſucceſſor Chriſti dicitur.*

[2] *Parentheſi incluſa deerant in Autograph.*

[3] *ad verb.* redemtionem mei facies?

[4] *propr.* tranſitum.

[5] *id eſt,* torrentis. *mare enim ipſis, ut Hebr. & Arabibus omnẽ collectionem aquarum ſignificat.*

خود را بشما دراز نمیکنم همه شمایان امشب در من شک خواهید آورد چنانکه نوشته شده است رمه شبانرا وپراکنده شوند کوسفندهای رمه اما بعد از انکه برخیزم در جلیل نزد شما آیم، وبشمعون کفت شمعان شمعان اینک شیطان خواست که ترا بغربال کند بسان کندم من بجهت تو نماز کردم که ایمان تو بریان نشود وتو باز کشته برادران خود را محکم کن، خود این سخن را بیان داد وکفت که هرکز ایمان بیدرو که خلیفه اول است نقصان نکند وکار او استوار کردن دیکران باشد واینچنین شد که تا امروز هیچ پاپه را که عبارت از جانشین بیدرو است در ایمان نقصان نشد بیدرو باو جواب داد هر چند که همکنان در شک افتند اما من هرکز شک نیارم ای خداوند من آماده ام که بزندان ومرک [با تو برسم] وجان خود را فدای تو سازم حضرت ایشوع جواب داد تو جان خود را فدای من کنی راست راست کویم بتو که امشب پیش از انکه خروس دوبار بانک کند تو سه بار از من منکر شوی او کفت اکر بتو مرک رسم، منکر نشوم پس از شهر بر آمد ویازده اپوستلس با او بودند وسوی کذاره دریای کدرون رفت ودر دامن کوه زیتون نزدیک دیه شت سیمانی نام بباغی در آمد که بیشتری چشمها در نماز انجا می کذرانید وهمراهانرا فرمود شما اینجا بنشینید ونماز کنید تا شمارا شیطان بازی ندهد من آنجا میروم تا نماز کنم واز جمله رسولان بیدرو ویوحنا ویعقوب را با خود برد مقدار یک سنک انداز از دیکران جدایی کرفت،

دربن

تایید ایمان بیدرو،

درین زمان گناهان عالم وجفاها که برو خواهند آمد
اندوه مسیح ، در نظر آورده اندیشه مند شد وبر دل او رنج گران بار
آورد وبهمراهان گفت جان من از غمناکی بسر حد مرگ
رسیده است اینجا قرار گیرید وبا من بیدار باشید ،
قدری از ایشان فاصله گرفته بغاری در آمد وبر رو افتاد
عبادت او در باغ ، انگاه بر سر زانو شد گفت پدر همه می توانی اگر تواند
بود که این جام از من بگردد لیکن نشود آنچه خواست
منست مگر آنچه خواست تست مدت دراز درین بود ،
انگاه پیش شاگردان آمد وایشان را خفته یافت به پیدرو
گفت پیدرو خواب می کنی نتوانستید که یکساعت با من
بیخواب باشید بیدار شوید ونماز کنید تا در آزمایش نیفتید
جان ساخته کارست لیکن تن ناتوانست ، باز بنماز
رفت وهمان سخن می گفت پدر من اگر تواند بود که
این جام از من گذرد که اورا ننوشم خواست تو باشد
باز پیش ایشان آمد وایشانرا خفته یافت وبر گشته
در نماز مشغول شد ، درین وانمود که هر گاه کار
صعب پیش آید بنماز مشغول شویم واز خدا مدد خواهیم
وهم نمود که ما راچه قدر باید کوشید که در حال رضای
خدا بدست آریم وبقضای او راضی شویم وعلاج خودرا
حواله برضای او کنیم وهم نمود که عجب نیست که روح
هر چند قوی باشد اما تن ضعف نماید وهر چند تن
از ضعف خود گریزد اما باید که جان در کار خود استوار
باشد

Tunc temporis peccata mundi, & perpessiones quę in eum erant venturę ob oculos sibi ferens, sollicitus factus fuit, & in cor ejus dolor grave onus intulit, & viæ sociis dixit, anima mea præ anxietate ad limitem mortis devenit: hic manete, & mecum vigilate. Aliquantum ab illis disjunctus, in speluncam quandam intravit, & in faciem cecidit. deinde in genua flexus dixit: Pater, omnia potes. si fieri potest, ut hoc poculum à me recedat. Sed ne fiat quod voluntatis meæ est, sed quod voluntatis tuæ est. Diu in hoc fuit. Tunc ad discipulos venit, eosque dormientes reperit. Dixit Petro, Petre dormis? non potuistis unam horam mecum sine somno esse? vigilate & orate, ne in tentationem incidatis. anima [1] prompta est, sed caro infirma est. Iterum ad preces ivit, eundemque sermonem dixit, Pater mi, si fieri potest ut hoc poculum à me transeat, ut id non bibam: voluntas tua fiat. Rursus ad discipulos venit, & eos dormientes reperit, & reversus in precibus occupatus fuit. In hoc ostendit, ut quandocumque negocium difficile occurrit, in precibus occupemur, & à Deo auxilium postulemus. Rursus ostendit, quantopere nos debeamus studere, ut statim voluntatem Dei apprehendamus & in providentia ejus acquiescamus, & curationem nostram beneplacito ejus committamus. Rursus ostendit, mirum non esse, quod quamvis spiritus potens sit, tamen caro infirmitatem ostendat, & quamvis caro ex infirmitate sua fugiat, debere tamen animam in opere suo constantem

Anxietas Christi.

Precatio ejus (propr. cultus) in horto.

[1] *ad verb.* parati operis.

virtutem Spiritus Sancti, qui super vos veniet, & testes mei eritis in Jerusalem & in tota terra Judææ & Samariæ, & usque ad extremum terræ. & dixit, ite ad homines, & prædicate Euangelium meum omnibus creaturis. qui credit, & baptizat, & baptizatur, salutem consequetur, sed qui non credit, in supplicio æterno erit. Et signa eorum qui credent hæc erunt, dæmonia in nomine meo ejicient, linguis novis loquentur, serpentes capient, & si venenum lethale bibant, non nocebit ipsis. &[1] [super] ægros manum ponent, sanabuntur. Post multa verba dixit ipsis, Ego vado. edictum vobis imposui, ut vitam instituatis eo modo quo dixi vobis, & doceatis quod [2] à me edocti fuistis. & quosdam ex præstantioribus in quibusdam rebus peculiares reddidit, ac blanditiis excepit, & supra omnes benedictam matrem. Postea manus elevavit, & super ipsos vota benedictionis nuncupavit, & aspicientibus ipsis incepit sursum ascendere, ac pedetentim pedetentim ascensionem ostendit, donec è conspectu disparere cepit. Eo tempore nubes quædam lucida velamen fuit, & Christus in cælum ivit, usque ad summam altitudinem. non is solus ivit, sed omnes animas justorum, qui à [3] tempore [4] Adami usque ad illud tempus mortui fuerant, secum duxit. Angeli ipsi obviam venerunt. summa cum lætitia intravit in cælum, & ad manum dextram Patris sedit, id est, in gloriosissimis mansionibus locum nactus est, quæ sedere in eo rem incomparabilem faciunt: primum, in dignitate, quia sedere

quam

[1] *deest in autograp.* بر super.

[2] *fortasse pro* من *legendum* از من

[3] *pro* زنان mulieribus *dedimus* زمان

[4] *ad verb.* patris hominum.

قوت روح القدس که بر شما خواهد آمد وگواهان من
خواهید بود در اوریشلیم ودر تمام ملک یهودا وسمریه وتا
آخر زمین وفرمود بروید سوي عالمیان ودعوت کنید بانجیل
من بتمام مخلوقات آنکه ایمان آرد وعمادا آرد وعمادا کیرد سلامتي
یابد اما انکه ایمان نیارد در عذاب ابدي باشد وعلامات
انانکه ایمان آورده باشند این خواهد بود دیوانرا بنام من
بیرون کنند بزبانهاي نو بکویند مارانرا بکیرند واکر زهر
قاتل بیاشامند ایشان را زیان نکند وبر رنجوران دست نهند
شفا یابند ، پس از سخن بسیار بایشان فرمود من میروم
بر شما فرض ساختم که زندکاني کنید بطوري که بشما
کفتم وبیاموزید آنچه من آموخته شدید وچندي از بزرکان
را ببعضي چیزها مخصوص کردانید ولطفها نمود وبیش از
همه خجسته مادر را وبعد از ان دستها برداشت وبر
ایشان دعاي برکت خواند ودر نظر ایشان آغاز کرد ببالا بر
آمدن وآهسته آهسته صعود مي نمود تا انکه از نظر غایب
شدن کرفت ، آن هنکام ابري روشن حجاب شد ومسیح بر
آسمان رفت تا نهایت بلندي نه او تنها رفت بلکه
همه جانهاي نیکان را که از زمان ابو البشر تا آن
زمان مرده بودند با خود برد ، ملایکه اورا استقبال
کردند بتمام شادماني در امده باسمان وبدست راست پدر
نشست یعني در بزرکترین منازل جاي یافت که
نشستن را بدو چیز بیغمبر مي کنند یک بعزت که نشستن

از

از ایستادن عزیزترست دوم بقرار وارام دران بزرکي ، درین
هنکام که شاکردان چشمها بر آسمان دوخته بودند دو
فرشته بلباس سفید آمدند وبایشان کفتند اي مردم جلیل چه
مي ایستید نظر کنان بر آسمان این ایشوع که از شما باسمان
رفته است اینچنین آید چنانچه اورا دیدید که بالا بر آمد این
را باین معني کفته اند که همچنانکه مقصود خویش بجا آورده
بقدرت خود باسمان باز کردید اینچنین در آخرة بتوانایي
خود مراجعت خواهد فرمود تا داوري کند جنانچه خود
ازین خبر داده بود ایشان حیران ودلکیر وخرم باوریشلیم رفتند
وهمانجا کوشه کرفتند در خانه که با خداوند فصح خورده
بودند ، حضرت ایشوع بایشان فرموده بود که از اوریشلیم
بیرون نروید تا موعود پدر من که از من شنیده اید بشما نیاید
یازده رسول ومریم مقدس وچندي از شاکردان که همکي
صد وبیست نفر باشند ده روز درین خانه بنماز وروزه
کذرانیدند روز یک شنبه عید یهودان بود این را پنتکوستس
مي کویند وآن روزیست که خدا درین روز بپیغمبر موسي توریت
داده است واین عید از جمله آن سه عید است که یهودانرا
واجبست که از هر جانب به بیت المقدس بیایند شاکردان
مسیح درین روز در پرستش خدا بودند ونزدیک یک
سهر روز شده بود ناکاه آوازي مهیب در آسمان شد وباد
شد حمله آورد چنانکه درهاي خانه کشاده شدند وتمام خانه
را آموده ساخت خاصه آن جارا که ایشان بودند وآتشي

quam stare dignius est: secundo in firmitate & [1] tranquillitate in illa gloria. Hoc tempore, quum discipuli oculos in cælum fixissent, duo Angeli veste alba venerunt, atque ipsis dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui à vobis in cælum ivit, sic veniet, quemadmodum eum vidistis sursum ascendentem. hoc eo sensu dixerunt, sicut instituto suo peracto potentia sua in cælum rediit, sic ultimo die potentia sua reditum instituet, ut judicium exerceat, [2] quemadmodum ipse de hoc prænunciavit. Illi attoniti, & turbati animo, & hilares Hierosolymam venerunt, atque ibi [3] abdiderunt se in domo ubi cum Domino Pascha ederant. Dominus Iesus ipsis dixerat, è Jerusalem ne exite, dum promissio Patris mei, quam ex mê audivistis, vobis non evenit. Vndecim Apostoli & sancta Maria, & quidam discipulorum, qui omnes centum & viginti personæ erant, decem dies in hac domo precibus & jejunio transegerunt. Die primo septimanæ festum Judæorum erat. hoc Pentecosten vocant. atque ille dies est, [4] in quo Deus per Patriarcham Mosem legem dederat. atq; hoc festum ex numero illorum trium festorum est, quibus Judæos oportebat undequaque Hierosolymam venire. Discipuli Christi hoc die in cultu Dei erant, & prima vigilia diei appropinquabat. De improviso sonitus terrificus in cœlo ortus est, & ventus factus est. impetum fecit, sic ut fores domus apertæ fuerint. & totam domum implevit, præsertim eum locū [5] ubi illi erant. & ignis quidam

[1] *pro* ازام *dedimus* ارام

[2] *duæ hic interseruntur in autograp. voces* جنانچه کند *quæ vitio amanuensis repetitæ ex proximè præcedentibus & sequentibus, manifestum mendū habent.*

[3] *propriè* angulum ceperunt.

[4] *legitur* که خدا درین روز *ubi* روز *videtur redundare.*

[5] *pro* بایشان *dedimus* که ایشان.

è cælo deſcendit, & linguæ tanquam linguæ ignis apparuerunt, & ſuper caput uniuſcujuſque una lingua ignea ſedit, & omnes Spiritu Sancto repleti ſunt, & ceperunt laudare Deum linguis variis, pro modo qui à Spiritu Sancto ipſis eveniebat. Hæc eſt illa promiſſio Patris, quod Spiritus Sanctus forma venti & ignis in ipſos deſcendit, & præcordiis ipſorum virtutem indidit, quâ mandata Chriſti præſtarent. Hoc momento unicuique variæ gratiæ contigerunt. Prima, quod omnigenam ſcientiam, tum librorum Dei tum aliorum librorum perfectè ipſis dedit: & mentibus ipſorum adapertionem eſt largitus, ut res quas à Domino Ieſu viderant & audiverant intelligerent. Secunda, quod ipſis potentiam dedit, ut omnis generis miracula ederent, & inuſitata facerent. Tertia, quod in præcordiis ipſorum faces amoris divini, & deſiderii ſalutis hominum accendit. Quarta, quod potentiam dedit ad perferendum adverſitates quas pro doctrina eſſent perpeſſuri. Quum homines hunc ignem vidiſſent, & ſonitum iſtum terrificum audiviſſent, arbitrati ſunt ſuper hanc domum fulgur cecidiſſe, & homines interfeciſſe. quocirca magno numero confluxerunt. hoc enim tempore Hieroſolymis fere ex maxima mundi parte Judæi erant, & quia viderant rem adeo mirandam, attoniti fuerunt: quia quiſque intelligebat eos lingua ſua loquentes. & ſumma cum perculſione dicebant, Hi qui linguis variis loquuntur, nonne viri ex Galilæa ſunt? quæ cauſa eſt, quod quiſque noſtrum

audiat

از آسمان نزول کرد وزبانهـا بسان زبانهای آتش پدید آمدند وبر سر هر کدام یک زبان آتشین نشست وهمکنان بروح القدس پر شدند وشروع در ستایش خدا بزبانهای مختلف کردند باندازه آنچه از روح القدس بایشان میرسید اینست آن موعود پدر که روح القدس بصورت باد وآتش بر ایشان نزول کرد ودر باطن ایشان قدرت نهاد که فرمودهاي مسیح رابجـا آرند درین دم بهر کدام عنایتها شد اول آنکه هر کونه دانش چه از کتب الاهي وچه از دیکر کتابهـا ایشانرا بر کمالـ داد وعقلهاي ایشان را کشایش بخشید تا چیزهارا که از حضرت ایشوع دیده وشنیده بودند در یابند دوم آنکه بایشان قدرت داد که هر قسم معجزه نمایند وخارق عادت کنند ، سیوم آنکه در باطن ایشان شعلهای محبت الاهي وارزوي سلامتي مردم افروخت ، چهارم انکه قدرت داد براي برداشتن جفاهـا که بواسطه تعلیم خواهند کشید ، جون مردم این آتش دیدند وآن آواز مهیب شنیدند پنداشتند که برین خانه صـاعقه افتاد ومردم را کشت بنابرین هجوم آوردند که درین زمان در اوریشلیم کویـا از اکثر عالم یهودان بوده اند واز دیدن چیزي چندان عجیب حیران شدند زیرا که هرکدام مي فهمید که ایشان بزبان او سخن مي کنند وبغایت مدهوشي مي کفتند اینهـا که بزبانهای مختلف سخن میکویند کمر از جلیل نیستند سبب چیست که هر یک از مـا

میشنود

میشنود که ایشان بزباني میکویند که ما دران زاده شدیم
عراقیان وشروانیان وتورانیان ومصریان وساکنان دیار بکر
وافریکیان وررومیان وتازیان همه مي فهمیم که خداي را
بزبان ما مي ستایند وحیرت زده مي کفتند این چه باشد
وجمعي میخندیدند ومي کفتند اینها مستند پیدرو وده نفر
از رسولان بر خاستند انکاه پیدرو آواز خود بلند کرد وکفت
اي یهودان ودیکر ساکنان اوریشلیم بدانید وکوش برین
سخنان من نهید ایشان مست نیستند جنانچه شما مي
پندارید که هنوز یک سهر روز نکدشته بلکه اینست آنچه
زوییل پیغمبر کفته که اینست وباشد در روزهاي آخرت بریزم
از روح خویش بالاي هر کوشت وپسران شما در خواب بینند
هر اینه بر غلامان خود وبر کنیزان خود بریزم از روح خویش
وپیغمبري کنند وچنان باشد که هر که نام خداوند کیرد
[سلامتي] یابد اي بني اسراییل بشنوید این سخنهاي ایشوع
ناصري آمد از پیش خدا وبر شما ظاهر شد آموده
چیزها ومعجزها ونشانها که در میان شمایان کرد چنانچه
شما خود مي دانید وشما بمصلحت مقرر خویش وحکمت بالغه
خدا که اورا بدست بدان سپرده بودید ومصلوب کرده کشتید
خدا از دردهاي مرک اورا خلاص داده زنده کردانید چنانچه
داود ودیکر پیغمبران ازو کفته بودند وازین واقعه همه ما کواهیم
وبقدرت خداي بزرکوار شده واز پدر وعده روح القدس کرفته
این عنایت که میبینید ومي شنوید ریخته است پس تمام خانه

audiat eos lingua loquentes, in qua nos nati ſumus? Aſſyrii, & Medi, &[1] Turcæ, & Ægyptii, & habitatores Meſopotamiæ, & Africani, & Romani, & Arabes, omnes [2] intelligimus quod Deum lingua noſtra laudant. & ſtupore perculſi dixerunt, hoc quid erit? quidam autem ridebant, & dicebant, hi ebrii ſunt. Petrus &[3] decem ex Apoſtolis ſurrexerunt. tunc Petrus vocem ſuam elevavit & dixit, Judæi & alii habitatores Hieroſolymæ, ſcitote, & aures ad hæc verba mea adhibete. illi ebrii non ſunt, ut vos putatis, quia adhuc prima vigilia diei non tranſiit. ſed illud eſt quod Joel Propheta dixit, [4] nempe, & erit in diebus ultimis, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & filii veſtri inſomnia videbunt. utique ſuper ſervos meos & ſuper ancillas meas effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt: & [5] fiet ut quicunq; nomen Domini capit, [6] [ſalutem] inveniat. Filii Iſrael, audite hæc verba. Ieſus Nazarenus venit à Deo & manifeſtatus fuit vobis plenus rebus & miraculis & ſignis quæ in medio veſtrum fecit, quemadmodum vos ipſi noſtis. & vos conſpiratione pertinaci veſtra, & ſapientia determinata Dei quem in manus improborum tradidiſtis, & crucifixum occidiſtis, Deus ex doloribus mortis eum liberatum vivificavit. quemadmodum David & alii Prophetæ de eo dixerant. & de hoc facto omnes nos teſtes ſumus. & potentia Dei glorificatus, & à Patre promiſſionem Spiritus Sancti nactus, hoc donum quod videtis & auditis effudit. tota itaque domus

[1] *ſic vertimus, quia per totum Orientem celeberrima nomina ſunt* توران *pro Turcico, &* ايران *pro Perſico imperio. Noſter author videtur ſumpſiſſe pro Parthis.*

[2] *pro* فهیم *dedimus* فهمیم ،

[3] *Actor. 2. eſt undecim.*

[4] *ad verb.* quod hoc eſt.

[5] *ad verbum, &* tale fiet.

[6] *deeſt* سلامتي *in autogr.*

Iſraël, pro certo ſcitote, Deum feciſſe dominum & Chriſtum hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis. & ſuper hac re ex Prophetis antiquis allegationes adduxit, adeo [1] validas & efficaces, ut ex Petro & reliquis Apoſtolis [2] quæſierint, Fratres quid faciemus? Petrus dixit, convertite vos, & quiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti baptizetur in remiſſionem peccatorum ſuorum, & donum ſpiritus ſancti [3] veniet. promiſſio enim facta eſt vobis & filiis veſtris & iis qui procul ſunt, quemcunque Deus ad ſe advocaverit. atque eo die prope tria millia perſonarum crediderunt. Poſt duos treſve dies alios in templo quinquies mille per eum Chriſtiani facti ſunt. & quotidie Hieroſolymis doctrina ipſorum promovebatur. & reliqui Apoſtoli in fines mundi diſperſi fuerunt, & Euangelium Chriſti annunciarunt, & multos ad religionem ſuam adduxerunt, per auxilium Dei, & virtutem miraculorum quæ edebant. Volente Deo, hæc omnia in libro alio diſtinctè declarabuntur. Gratia Deo, quod hiſtoria ſanctarum rerum Ieſu Domini noſtri ad finem perducta eſt, & liber venerandus, qui pro clypeo atque animarum directorio eſſe poterit, perfectionem adeptus eſt. Iam conveniens & dignum videtur, ut duæ epiſtolæ, quas Pilatus judex Hieroſolymæ, & alius judex iſtius terræ, agentes de forma benedicta illius Domini, ad Tiberium Cæſarem & Senatum Romanum ſcripſerunt, coronis venerandi hujus libri ſint, & acceptionem æternam largiantur. Moris erat, ut quicquid in univerſo regno

fieret,

[1] *propriè*, impreſſionem facientes.

[2] *pro* پرسیدند *dedimus* پرسیدند

[3] *pro* بیاید veniet, *legendum fortaſſe* بیابید invenietis, *id eſt*, accipietis, λήψεσθε, *Act.* 2.38.

Forma Chriſti.

اسرایيل به یقین بدانید که خدا ساخته است خداوند
ومسیح این ایشوع را که شما مصلوب کردید وبرین از
بیغمبران قدیم نقلها آورد چندان مایر وکارکر که از
بیدرو ودیکر رسولان پرسیدند که ای برادران چکنیم
بیدرو کفت توبه کنید وهر کدام از شما بنام ایشوع
کریستس عمادا کیرد برای آمرزش کناهان خویش وعنایت
روح القدس بیاید که وعده کرده شد برای شمایان
وپسران شمایان وبانانکه دورند هر که اورا خداوند سوی
خود طلبید ودران روز نزدیک سه هزار نفر ایمان آوردند
وبعد از دو سه روز دیکر در عبادت خانه پنجهزار کس
بدست او کریستان شدند وهر روز در اوریشلیم تعلیم ایشان
در ترقی بود ودیکر رسولان باطراف عالم پراکنده شدند واز
انجیل مسیح خبر دادند ومردم بسیار بدین خود آوردند
بعنایت خدا وقوت معجزها که نمودند انشاء الله این همه
در کتاب دیکر بتفصیل بیان کرده خواهد شد ، المنة الله
که داستان احوال مقدس ایشوع خداوند ما تمام شد
وکتاب کرامی که بدرقه وجانهای راستان تواند بود اختتام
یافت اکنون شایسته ولایق نمود که دو نامه که بیلاتس
حاکم بیت المقدس ودیکر حاکم آن سر زمین مشتمل
بر حلیه مبارک الحضرت بجانب قیصر طیباریوس وسناد
رومه نوشته بودند خاتمه این کتاب کرامی شود
وقبول جاوید بخشد رسم بود که هرچه در تمام مملکت

حلیه مسیح

سالح

سانح شود بقيصر وسيناد بنويسد تا هرچه در عالم رو دهد
ايشان ازان آكاه باشند بنابرين فيلاتس بقيصر نوشت وآن
اينست درين هنكام درين سر زمين مردي بوده كه اورا
شاكردانش خدا ميخواندند وعجايبات فراوان ميكرد كه اورا
بسيار مردم ديدند وبر آسمان زنده بر آمد وشاكردان او
اكنون بزرك جيزها مي كنند بنام او وكواهي مي ارند برين
كه او خدا بوده است ومعلم راه سلامتي بحقيقت طيباريوس
بدين خبر بغايت خوش شد واين خبر بسيناد كفت يعني
بجماعت پيران وحاكمان شهر ومقصد اين بود كه اورا نيز
در حساب اله كيرند جون رسم بود كه هيجكس را بخدايي
پرستش نكنند تا سيناد تصديق نكنند سيناد وس ازين
كه اين خبر بايشان پيش از قيصر درسيد كينه كرفتند
وخواهش قيصر را روايي ندادند وخدا خواست كه اين جيز
واقع نشود تا اورا بقوت مردم پرستش نكرده باشند باري
قيصر حكم كرد كه هر كه بي روي مسيح كند اورا كسي مزاحم
نشود ، وآن ديكر لنتل نام كه پيش از فيلاتس ايالت آن
شهر داشته بسيناد نوشت درين زمان كسي ظاهر شد
وهنوز زنده است مردي خداوند قدرت بزرك نامش ايشوع
مسيح مردم اورا پيغمبر صاحب قدرت مي كويند شاكردانش
پسر خدا ميخوانند مردكانرا زنده ميكند ورنجوران را از
هر كونه رنج وبيماري تندرست مي سازد مرديست بلند بالا
باندازه وديدني روش بشكوه وپر تمكين كه بينندكان

توانند

fieret, Cæsari & Senatui scriberetur, ut quicquid in mundo contingeret, illi ejus cognitionem haberent. Pilatus itaque Cæsari scripsit, idque tale est. Hoc tempore in hoc territorio vir quidam fuit, quem discipuli ejus Deum vocabant, & miracula varia faciebat. quem multi homines viderunt, & in cælum vivus ascendit. & discipuli ejus nunc magna faciunt in nomine ejus, & testantur eum Deum esse, & doctorem viæ salutis in veritate. Tiberius ob hoc nuncium extreme lætatus est, idemque nuncium Senatui dixit, id est cætui seniorum & judicum urbis. scopus hujus erat, ut eum quoque [1] pro Deo haberent, quoniam moris erat, ut neminem pro Deo colerent, nisi Senatus confirmasset. Senatus, propterea quod hoc nuncium ad ipsos prius quam ad Cæsarem [2] non venisset, iram conceperunt, & postulatum Cæsaris non permiserunt. Et voluit Deus hoc non fieri, ne eum per potentiam hominum colerent. Vice quadam Cæsar jussit, ut quicunque Christum sequeretur, ei nemo molestus esset. Alius ille, Lentulus nomine, qui ante Pilatum administrationem istius urbis habuit, Senatui scripsit. Hoc tempore vir apparuit, & adhuc vivit, vir præditus potentia magna, nomen ejus Iesus Christus. Homines eum Prophetam potentem dicunt. discipuli ejus Filium Dei vocant. mortuos vivificat, & [3] ægros ab omnis generis ægritudinibus & morbis sanat. Vir est altæ staturæ proportionatè, & conspectus vultus ejus cum severitate, & plenus efficacia, ut spectatores

[1] *propr.* in censum Dei caperent.

[2] *pro* ترسيد timuit *dedimus* نرسيد non venit.

[3] *pro* رنجوران *dedimus* رنجوران ،

Xxx 3 amare

amare eum poſſint, & rurſus timere. Pili capitis ejus vinei coloris uſque ad [1] fundamentum aurium, ſine radiatione, & erecti. & à fundamento aurium uſque ad [2] humeros contorti ac lucidi, & ab humeris [3] deorſum pendentes, bifido vertice diſpoſiti, in morem Nazaræorum. Frons plana, & pura, facies ejus ſine macula, quam rubor quidam temperatus ornat. aſpectus ejus ingenuus & [4] gratus. Naſus & os ejus nullo modo reprehenſibilia. Barba ejus multa, & colore pilorum capitis, bifurcata. oculi ejus cærulei & extremè lucidi. in reprehendendo & objurgando formidabilis. in docendo & exhortando, blandæ linguæ, & amabilis. Gratia miranda vultus, cum gravitate. vel ſemel eum ridentem nemo vidit, ſed flentem, imo. protracta ſtatura corporis. manus ejus, rectæ & erectæ. brachia ejus delectabilia. in loquendo, ponderans & gravis & parcus loquela. pulcherrimus vultu inter homine ſatos.

[1] *denotatur cavitas poſt aures.*

[2] *pro* كوش *quod malè repetitum, dedimus* دوش،

[3] *Belgicè propriè exprimimus* neder-gelaten.

[4] *propr.* coctus.

FINIS.

HVNC

توانند که اورا دوست دارند وهم هراس کیرند موي سرش
میکون تا بناکوش بي تاب ودرست واز بناکوش
تا دوش مسلسل وروشن واز دوش فرو کذاشته فرق تارك
نهاده بروش ناصریان بیشاني هموار وصاف رویش بي عیب که
انرا سرخي باعتدال مزین مي دارد نظرش خالص وپخته
بیني ودهان او بهیچ وجه مذموم نه ریشش انبوه وبرنک موي
سر دو شاخه چشمان او کبود وبغایت روشن در ملامت
کردن وسر زنش نمودن حیرت انکیز در تعلیم وترغیب
نرم زبان ودوستدار آشتي شکفته روي بوقار باري
هیچکس اورا خندان ندید اما کریان بلي کشیده
قد دستهاي او راست ودرست بازوش خوشها در
کفتن سنجیده وکران وکم کوي خوش روي در
آدمي زادکان ۞

* * *

این

HVNC librum venerandum & ſyntagma felicitatis,[1] ſervus Pater Ieronymus Xavier, Europæus, è cœtu ſocietatis D. Ieſu, mandato ejus qui eſt Imperator ſeculorum, Princeps benignus, ſplendidus animo, Darius ſui ævi,[2] Gielaleddin,[3] maximus Regum, cujus regnũ & dominium perpetuet Deus, è ſancto Euangelio & aliis libris Prophetarum in ſede Chalifatus Agra quum collegiſſem,[4] Magiſter noſter Abdel Senarin Kaſem Lahoræus, conſenſu[5] hujus ſervi, in eadem ſede Chalifatus Agra, interpretationẽ fecit. & ann. milleſimo ſexcenteſimo[6] ſecundo à nativitate D. Ieſu, atq; quadrageſimo ſeptimo ſublimitatis ſeſſionis Sancti Imperatoris finem accepit.

[7] *Scriptus fuit accuratè, Epocha octavi menſis Ramadan benedicti, quarto die ſeptimanæ, anno*[8] cIↄ XXVII.

این نامه گرامی ودیباجه
سعادت بنده پادری ژیرونیمو
شویر فرنگی از طایفه صحبت
حضرت عیسی بحکم شاهنشاه
دوران خدیو روشنجان دارای
روزگار جلال الدین اکبر
پادشاهان خلد الله ملکه
وسلطانه از انجیل مقدس
ودیگر کتب پیغمبران در دار
الخلافه اکره فراهم آورده
مولانا عبد الستارین قاسم
لاهوری باتفاق این بنده
در همان دار الخلافه اکره
ترجمه کرد ودر سنه هزار
وششصد ودو از ولادت حضرت
ایشوع وچهل وهفت آلهی از
جلوس مقدس شاهنشاهی
انجام یافت ۞

تحریرن فی تاریخ هشتم ماه
رمضان المبارک در روز
چهار شنبه سنه هزار
بیست هفت ،

تم تم تم تم تم

[1] *id eſt*, ego.
[2] *prop.* ſplendor religionis. *ſed fuit agnomen regis Acabari.*
[3] *id dicitur, Agbar padſchahan. unde ſpeciali nomine Rex ille vocatus fuit Agbar, vel Acabar, id eſt* maximus.
[4] *vel Doctor. Sophos enim ſuos* مولا *vocant.*
[5] *id eſt* meo.
[6] *rectè* دواز *legitur. confer cum fine præfationis libri.*
[7] *Tempus indicatur, quo hic codex fuit exaratus. forte* تحریرن *eſt pro* تحریر آن accurata ſcriptio ejus.
[8] *ſecundum æram Muhămedicam. at ſecundum Christianã, anno* 1617.

ANIMADVERSIONES IN NONnulla, ex Hiſtoriâ Chriſti, à Ier. Xaverio contaminatâ, excerpta.

PAG. 14. *Patrem Virginis Mariæ* aſſerit fuiſſe *Ioachimum, matrem Annam.* quod non tantum non eſt Euangelicum, ſed & tam dubiæ fidei, ut B. Auguſtinus lib. 23. contra Fauſtum cap. 8. teſtetur, *Apocrypham eſſe Scripturam, ubi Ioachim pater Mariæ legitur, cujus authoritate non detineatur.* Addo Nyſſenum, cujus in oratione de natali die Chriſti hæc ſunt verba: *Virginis pater (ut ex hiſtoria quadam incerti authoris accepi) fuit inſignis quidam civis, obſervantia legis & vitæ probitate inprimis nobilis, qui ſine filiis ad ſenectutem pervenerat quum minus idoneam ad gignendum uxorem haberet. &c.* Exiguæne audaciæ eſt, hæc tam incerta hiſtoriæ Sacræ veluti certiſſima agglutinare? *Illum ait ex Nazareth, hanc ex Bethlehem oriundam.* Vnde verò hoc habet? Ex Breviario, credo, Romano, ubi in Sanctorum Hiſtoriis ad 26. Iulii legitur, *Anna Virginis Dei genitricis mater, Gaziri filia, ex tribu Iuda, in Bethlehem oppido Iudææ nata, Ioachimi fuit uxor, qui & ipſe ex eadem tribu Galilæus erat ex Nazareth, ambo ex ſtirpe regia, &c.* Laudat

hæc Barradius. fatetur tamen dissentire, quoad locum nativitatis, Adrichomium, qui de tribu Zabulon scribens, ait, Zephorum, totius Galilææ urbem maximam, natalem putari Ioachimi & Annæ. Affirmat quidem & Nicephorus lib. 2. cap. 3. Annam fuisse Bethleemiticam. Sed hîc dissentit à Breviario, quod filiam eam facit Mathanis Sacerdotis, & Mariæ conjugis ejus. atque ita ex tribu Levi fuerit, quum Breviarium eam faciat ex tribu Judæ, ex stirpe regia.

Audiamus porro Authorem nostrum. *Vixerunt*, inquit, *Nazarethæ divites. Sed tristes viginti annis ob defectum filii. quem si à Deo impetrarent, templo voverunt. Erat tum summus Pontifex Isachar, qui festi tempore eos sacrificia sua Hierosolymis offerentes removit & ignominiose ejecit, quod occulta quædam turpitudo orbitatis esset causa. Hinc ille ad pastores rus concedit tristis, hæc Hierosolymis manet mærens. Illum ruri Angelus solatur, filiam promittens Mariam, quæ ab utero spiritu S. plena, & separatim ab hominibus in templo educanda, magna futura esset & celebris. quippe quæ, ut Isaac, Iacob, Ioseph, Simson & Samuel, in senectute ipsorum nasceretur, quum spes prolis defecisset. Fidem signo firmat, quod ad urbem contendenti obvia fieret in portâ Aureâ uxor, læta ac hilaris, maritum quærens & investigans. Protinus disparens Angelus, ad Annam ejusdem nuncii lator venit. dictisque addidit, fore ut ex ejus filia Christus nasceretur. Occurrunt sibi in dicta porta conjuges, lætique Nazaretham revertuntur. ibi die Iovis mensis Decembris, qui decimus sextus erat Persici mensis Deima, concepit Anna, & exactis novem mensibus, octavo Septembris, qui dies erat veneris, filiam peperit, Mariamque*

que nominarunt. Similia, benevole Lector, in dicto Breviario reperies. Petita sunt & hæc & præcedentia ex Epistola de Nativitate S. Mariæ ad Chromatium & Heliodorum Episcopos, B. Hieronymo attributa, quæ in ejus extat operibus, Tomo 4. editionis Basileensis. ubi rectè Erasmus lectorem monet, *nihil hîc esse in quo bonarum horarum ullam partem collocet, nec egere D. Hieronymum hujusmodi fucis, nec dignari à tam insulso pingi artifice.* Adde quod ipse ille fictus Hieronymus, quum de libello quodam, qui de nativitate S. Mariæ agit, quemque ex Hebræo verbum ex verbo transferendum promittit curaturum, verba fecisset, seque ejus narrationes, ut non liquido falsas affirmare, ita dubias tamen pronunciare dixisset, fatetur se iisdem vestigiis insistentem, non alia quam quæ aut scripta sunt ibi, aut consequenter scribi potuerunt, hac epistola comprehendisse. quamobrem Baronius in Apparatu, & alii hoc scriptum merito repudiarunt. Iudicet ergo quivis pius, an hæc mereantur, quæ tanquam Euangelica gentibus obtrudantur. Addidit tamen noster Author, quod Hieronymus ille ignoravit, quo die conceperit Anna, & quo pepererit. posterius Breviarium quoque exprimit: prius celat. quis spiritus Authori nostro revelaverit, Deus novit. neque horum meminit Proto-Euangelium Iacobi. ubi etiam Ruben vocatur summus ille sacerdos, quem Breviarium & Author noster ex præfata Epistola Issachar nuncupant. Vtrumque nomen nescit Iosephus, apud quem ab initio regni Herodis usque ad natum Christum Pontifices Hebræorum fuere, Ananeus, Aristobulus, Ananeus, iterum, Iesus Phabetis

filius, Simon Boëthi filius, Mathias Theophili filius, Ioazarus Simonis Boëthi filius, ſub quo natus Chriſtus. Quod ſi verum eſt, quod hic noſter vult, Chriſtum anno ætatis Virginis decimo quinto eſſe natum, de quo infra, neceſſe eſt hæc de Ioachimo & Anna contigiſſe 16 circiter ante Chriſtum natum annis, à condito mundo anno 3931, quum 3947 naſceretur Chriſtus, quod tempus in Simonis Boëthi pontificatum incidit. quis vates hunc alio Rubenem, tertio iterùm nomine Iſſacharem dictum fuiſſe revelavit? quare Baronius illud de Iſachare apertum mendacium eſſe ait.

Intererat Regis Acabari, & omnium Indorum Perſarumque, ut quid Mariæ nomen ſibi velit, cognoſcerent. Pag. 18, *Varias*, inquit noſter, *habet ſignificationes, Alta, Maris amaritudo, magiſtra* ſeu *Domina maris.* Libet mentem Authoris explicare. מִרְיָם *Maria* derivari poteſt vel à מָרוֹם *altitudo:* vel à מַר יָם *amaritudo maris.* vel à מְרָא יָם *dominus maris.* Quanto ſatius erat Euangeliſtarum veſtigia premere, ejuſmodique etyma non attingere, quam Gentes in ancipiti relinquere, quam harum ſignificationum eligere debeant? præſertim quum & aliæ præter has excogitari queant. quidni enim ſit מַר יָם *ſtilla maris.* aut מֹר יָם *myrra maris?*

Quod autem ſequitur, egregiè eſt Euangelicum, ſi quicquam. Pag. 18. 21. *Quo die*, inquit, *nata eſt Maria, feſtum celebrant Chriſtiani. cujus origo eſt, quod vir quidam religioſus ruri Deum colens, quotannis octavo Septembris mirandam in cælis audiret melodiam. Cauſam interroganti reſpondit Angelus, hoc die natam eſſe Mariam matrem Chriſti. Hinc Innocentius quartus Papa, anno à nativitate*

Chriſti

Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo feſtum indixit. Quum enim poſt Cæleſtini quarti Papæ mortem, ob ſuffragiorum diſcrepantiam anno integro menſibuſque octo ſedes vacaret, ſuggeſſit Cardinalium quidam, ut qui Papa eligeretur, diem nativitatis Virginis feſto honoraret. non defuit conſilio ſucceſſus. protinus enim vota in Innocentium quartum conſenſerunt, qui feſtum ilicò ſancivit. Siccine, profani, Chriſtianam fidem Ethnicis commendatis? quum nullus unquam Prophetarum, Euangeliſtarum aut Apoſtolorum ulli, præterquam ſoli Deo feſtum ullum deſtinatum ſcripſerint, vos Mariæ indicitis? quo authore? non Deo, ſed Innocentio quarto. cujus ut major apud Ethnicos eſſet authoritas, ſcire ſcilicet eorum intererat, diuturnis ante ejus electionem diſſidiis ac litibus, ſummo cum fidelium dolore Eccleſiæque detrimento, dilaceratum fuiſſe Sacro-ſanctum illud Cardinalium collegium, totoque anno menſibuſque octo defuiſſe Papam, id eſt, fuiſſe Eccleſiam ſine judice, ſine capite, ſine Deo in terris. Cur autem nativitatis Mariæ dies feſto meruit decorari? quia eo quotannis die melodiâ Angelicâ reſonare aërem quidam audivit. Refert Euangeliſta Lucas, Nativitatis Chriſti ſervatoris diem cæleſtibus hymnis honoraſſe Angelos. firma fide amplectimur id Chriſtiani omnes, & ſemel factum nobis ſufficit. unquamne autem Pontificii Servatoris gloriam ita auxerunt, ut quotannis iſto die Angelicos audiri cantus finxerint? tanto debuit major mater eſſe filio, illiuſque natæ dies charior Angelis & celebrior quam hujus. Quis autem auditæ hujus melodiæ teſtis? Eremita quidam. cujus nominis? ὁ δεῖνα, פְּלֹנִי אַלְמֹנִי. Vbi vero audivit & quando? in

deſerto, quum precaretur. regionem & annum Ethnicis ſomniare licebit. Pontificiorum enim fabulis, nullis etiam adhibitis circumſtantiis, habenda fides. quamvis fatear, ne expreſſis quidem nomine, regione & anno dignam fide futuram fuiſſe narrationem. quid ſi ſomniaverit id Eremita? quid ſi mentitus ſit? quid ſi rem totam nimii Virginis cultores finxerint? miſeros nos, ſi non alia eſſet in Euangelio ἀπόδειξις τοῦ πνεύματος καὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ.

Pergit noſter. Pag. 21. 22. *Maria tres annos nata, viceſimo primo Novembris, qui dies erat Veneris, in templum à parentibus eſt delata, ut ibi in loco ſancto* (ſic enim potius خاص vertendum, quam ut vertimus *peculiari*) *cum cæteris filiabus nobilibus educaretur, & ab honeſtis fœminis, huic negocio deſtinatis, inſtitueretur, donec adoleſceret.* Tertio anno delatam fuiſſe Mariam à parentibus in templum, tradunt etiam Hieronymus ille, & Proto-Euangelium Iacobi, ambo ſpurii: fatente id de poſteriori Sixto Senenſe Bibliothecæ ſuæ Pag. 71. At viceſimo primo Novembris id factum, fuiſſeque iſtum Veneris diem, tacent ambo. cælitus fortaſſis id reſcivit noſter Xaverius, aut quiſquis ſit ex quo habet. Quid vero illud, quod Maria & aliæ filiæ nobiles in templo fuerint educatæ? Itane templum filiabus educandis impenſum fuit? & honeſtæ fœminæ ad id deputatæ? quando id conſuetudinem cepit? aut qua id Hebræorum authoritate nititur? ſcio diſtinctum fuiſſe atrium in עֶזְרַת יִשְׂרָאֵל *atrium Iſraelis* quod virorum erat, & עֶזְרַת הַנָּשִׁים *atrium mulierum.* Sed locus is publicus erat, mulieribus omnibus ad cultum Dei convenientibus deſtinatus. ſcio quoque in מִקְצֹעוֹת id eſt *Angulis*

gulis

gulis iſtius atrii mulierum fuiſſe quatuor לְשָׁכוֹת *conclavia*, ſed quorum nullum filiabus educandis occupabatur. Primum erat לִשְׁכַּת הַנְּזִירִים *conclave Nazaræorum*, ubi capillos ſuos radebant, & שְׁלָמִים *pacifica* ſua coquebant. Secundum לִשְׁכַּת הָעֵצִים *conclave lignorum*, ubi ſacerdotes viſitabant ligna an apta eſſent. Tertium לִשְׁכַּת הַמְּצוֹרָעִים *conclave leproſorum.* Quartum לִשְׁכַּת שֶׁמֶן וָיַיִן *Conclave olei & vini.* Nuſquam conclave filiarum reperimus. ait Pſeudo-Hieronymus, *Virginem intra ſepta templi educandam dimiſerunt.* Noſter, *in loco ſancto*, ſeu præcipuo. Sanctum Sanctorum videtur innuere, qui præcipuus erat templi locus. Sic ſentit Nicephorus l. 1. c. 7. ubi Mariam *in ſacrario, in ſanctiore templi loco, in ipſis adytis* vixiſſe affirmat: idque ex Euodio, quem citat lib. 2. c. 3. At commentum hoc ita ſolide refutat magnus Caſaubonus Exerc. 1. ad Appar. Annalium, num. 47. ut nihil addere opus ſit.

Audiamus porro noſtrum. Pag. 22. *Habebat*, inquit, *templum portam quindecim gradus altam. ac moris erat, ut quum infans in templum portaretur, Pontifex & cum eo cæteri Sacerdotes in faſtigium portæ aſcenderent, ac in ſingulo gradu conſiſtentes Pſalmum unum decantarent. Maria autem ubi primum gradum attigiſſet, diducta viri manu à quo tenebatur, non conſiſtens nec ad latus reſpiciens, uno tenore in ſummitatem, ſummo cum ſtupore omnium, aſcendit.* Ficta partim, partim incerta hæc ſunt omnia. Quin indicat, quænam illa fuerit porta 15 gradus alta? multas enim portas habuit templum. In Miſnah tractatu Middoth cap. 4. legitur פתחו של היכל גבהו עשרים אמה *Porta templi alta eſt 20 cubitos*, id eſt quadraginta gradus. ſiquidem quiſque cubitus duos gradus continebat.

bat.

bat. nam ut est in eodem tract.cap.2. sect.3. כל המעלות שהיו שם רום מעלה חצי אמה *omnium graduum qui erant ibi altitudo erat dimidii cubiti.* Iosephus lib.2. contra Appionem ait, Ianuas templi habuisse altitudinem 60 cubitorum, qui, ex supputatione Talmudica, facerent centum & viginti gradus. Iosephus quidem de Bel. Iud. l. 6. c.6. Editionis Latinæ Gelenii, at l. 5. cap. 14. Editionis Græcæ Frobenianæ, tradit, *Gradus 15 à muro qui segregabat mulieres, ad majorem portam duxisse.* at ille altitudinem viæ ad portam, noster ipsius portæ altitudinem tradit. Vnde vero morem illum excerpsit Sacerdotum, in portæ summitatem ascendentium, quum infans templo traderetur, & in singulo 15 graduum singulum Psalmum canentium? Nihil tale habet Proto-Euangelium Iacobi. neque convenit Epistola istius Hieronymi, quæ hac de re sic scribit: *Erant autem circa templum, juxta 15 graduum Psalmos, 15 ascensionis gradus. Nam quia templum erat in monte constitutum, altare holocausti quod forinsecus erat, adiri nisi gradibus non valebat.* Habes hic 15 ascensionis gradus, sed non qui portæ altitudinem constituerent. habes & graduum istorum numerum juxta numerum Psalmorum graduum, sed non quod in singulo gradu singulus istorum Psalmorum caneretur. Visum authori nostro fuit, id ita interpretari. Neque nego, R. Davidem Kimchium in commentariis ad Psal.120, explicaturum, cur 15 illi Psalmi, qui sunt à 120 ad 135, dicantur שִׁירֵי הַמַּעֲלוֹת *cantica graduum*, dicere: *Ajunt, solere Levitas* (noster dicit Sacerdotes, sed perperam) *dicere eos in quindecim gradibus qui in templo fuerunt, inter atrium Israëlis & atrium mulierum, quibus ascendebant*

debant ex atrio mulierum in atrium Israëlis, & in singulo gradu dixisse singulum Psalmum. Legitur id in Thalmud tract. Middoth c.2. sect.5. At certum non est, portam illam, quæ virorum atrium à mulierum distinguebat, gradus totidem habuisse. Misnah tract. Middoth c.2. sect.3. viginti, ut & cæteris portis tribuit. verba sunt כל השערים שהיו שם גבהן כ' אמות *omnium portarum quæ ibi erant altitudo 20 cubitorum.* itaque 40 graduum. Iosephus contra *ἀλώσ. λόγ. ε. κεφ.* 18 plus altero facit altiorem. dicit enim, Πεντήκοντα πηχῶν οὖσα τὴν ἀνάςασιν, τεσσαρακοντα-πήχεις τὰς θύρας εἶχε, 50 *cubitorum habens eminentiam, fores 40 cubitos altas habebat.* id est, 100 graduum erat ipsa porta, 80 graduum ejus fores. Quid attinebat tam incerta historiæ Euangelicæ inserere, & tanquam Euangelica gentibus obtrudere? Et unde authori nostro constitit, solere infantes, etiam puellas, ex atrio mulierum deduci per gradus istos in virorum, atque interea Psalmos istos cantari? Si tam pulchrum ipsi visum fuit, graduum Psalmos atrii gradibus respondere, addidisset & illud quod R. Dav. Kimchi, & R. Sal. Iarchi ad dictum Psalmum ex Thalmud tract. סוכה adferunt. *Quum David fodisset fundamenta templi super abyssum, & metuerent ne inundaret mundum, scripsit Achitophel nomen Dei ineffabile & abysso imposuit. protinus descendit abyssus sexdecim mille cubitis. quumque objiceretur, utilius esse mundo ut non tantopere descendat, quia aquæ mundo sunt necessariæ, & ex abysso virescit terra, cecinit quindecim gradus, iisque ascendere fecit abyssum quindecim millibus cubitorum, & consistere eam fecit ad mille cubitos.* Non ovum ovo similius, quam hæc fabula plurimis nostri Xaverii. Quod autem Mariam in

primo gradu constitutam, sine ullius ductu aut auxilio, gradus omnes sine mora conscendisse jactat, ex spuria illa Hieronymi Epistola, demtis quibusdam, quibusdam additis, excerpsit. ibi enim legitur. *In horum itaque uno beatam Virginem Mariam parvulam parentes constituerunt. quumque ipsi vestimenta, quæ in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus ex more vestibus se & mundioribus induerent, Virgo Domini cunctos sigillatim gradus sine ducentis & levantis manu ita ascendit, ut perfectæ ætati in hac duntaxat causa nihil deesse putares.* Non omnino conveniunt. Epistola ait, *in uno graduum*, fortassis tertio aut quarto, noster, qui nihil ignorat, *in primo.* Et si quæras, quomodo Maria parvula tenentis manum evadere potuerit? respondet Epistola, Parentes ubi eam in gradu constituissent, atque adeo è manibus dimisissent, vestibus suis mutandis fuisse occupatos, atque interea Mariam liberam gradus conscendisse. At noster de vestium illa mutatione prorsus silens, respondet, Mariam ipsammet tenentis manum extendisse seu diduxisse. quod utique fabulam illustriorem reddit. viri enim vires puellulæ tribuit. Audiamus nunc de his Proto-Euangelium Iacobi. Καὶ ἐκάθισεν αὐτὴν ἐν τῷ τρίτῳ βαθμῷ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ δέδωκεν αὐτῇ χάριν Κύριος ὁ θεὸς, καὶ κατεχόρευσε τοῖς ποσὶν αὐτῆς, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν πᾶς οἶκος Ἰσραήλ, *Et constituit eam* (nempe Ioachim) *super tertium gradum altaris, & dedit ei gratiam Dominus Deus, & tripudiavit pedibus suis, & dilexit eam tota domus Israël.* Hic tertium dicit gradum, noster primum. hic altaris gradum, noster portæ. Hic tripudiasse eam, noster gradus conscendisse. Vtri credes, Lector? Λῆροι utrobique. & væ profanis istis, qui tantis nugis Christianam fidem conspurcant.

Sacri Euangelistæ paucissimis admodum de virgine Maria agunt, ut non illam sed Christum, & illam non nisi propter Christum fides quærat. Novus noster Euangelista, Mariæ ὑπέρδουλος, aliam insistit viam. Sic enim pergit. *Reversis domum parentibus, filia quamvis tenerrimæ ætatis, Dei se cultui in templo ita dicavit, ut loco patris matrisque rebus Dei habitis, supra quam ætatis modus ferret, satisfacere Deo studuerit, ardentissimisque votis salutem hominum Messiæque adventum efflagitarit. Religiosa erat, humilis, patiens, silens, non nisi postulante occasione loquens, sodalibus ministrans, præ omnibus se contemnens, virginitatis amans, in pretio apud omnes. Ea enim infans proprio motu faciebat opera, quæ si quis senex præstaret, omnes in admirationem raperet. Temporis partem unam cultui Dei, alteram officiis manualibus, veluti sarciendis ac lavandis rebus templi, ac cibo, qui ut plurimum è cœlis adferebatur, capiendo: tertiam, legendis libris sacris impendit. Quum signa adventus Messiæ in mentem venirent, læta dixit, Da Deus ut mihi mulierem eam esse contingat, cujus Messias filius est futurus. Paucissimi erat somni, plurimam noctis partem in mysteriorum Dei meditatione lucubrans. Prima omnium perpetuam Deo virginitatem vovit. Laudes, quibus deprædicabatur, à se in Deum derivabat, hac formula, Gratia Deo. quæ & in salutando formula ejus erat.* Hæc ille, non minori fiducia, quam si θεοπνεύστως proferrentur, quæ audacium hominum mera sunt figmenta. De his Pseudo-Hieronymus illa Epistola sic fatur: *Igitur sacrificio secundum legis consuetudinem celebrato, & voto suo perfecto, Virginem*

nem intra septa templi, cum aliis virginibus ibidem educandam dimiserunt: ipsi vero domum regressi sunt. Virgo autem Domini cum ætatis processu & virtutibus proficiebat, &, juxta Psalmistam, pater & mater dereliquerant eam, Dominus autem assumpsit eam. quotidie namque ab Angelis frequentabatur. quotidie divina visione fruebatur, quæ eam à malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat. Hinc fortasse desumpsit noster, Cibum ei ut plurimum cælitus fuisse allatum. Si enim quotidie ab Angelis frequentabatur, verisimile est ab iisdem fuisse cibatam. Aut ex Proto-Euangelio desumpsit, cujus verba sunt, Ἦν δὲ Μαρία ἐν τῷ ναῷ Κυρίου ὡς περιστερὰ νεμομένη, καὶ ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου: *Erat autem Maria in templo Domini columbæ instar educata, & accipiebat cibum è manu Angeli.* Vndecunque habeat, ejusdem fidei est cum Proto-Euangelio, quod nullius apud ipsos Pontificios pretii est.

Pergamus. Pag. 26. *Quum ad decimum usque tertium ætatis annum in templo hæsisset, eamque nuptui dare cuperent, renuit, voto indicato.* Epistola Hieronymi dicit ad decimum quartum usque annum. cum quo consentit Euodius apud Nicephorum lib. 2. cap. 3. Proto-Euangelium Iacobi, ad annum duodecimum. quod si horum posteriorum unus verum asserit, falsus fuit noster, qui id tamen tanquam Euangelicum recenset inter ea quæ publicè in cœtu fidelium legi cupit. Verba Proto-Euangelii sunt, Γενομένης δὲ αὐτῆς δώδεκα ἐτῶν, συμβούλιον ἐγένετο τῶν ἱερέων, λεγόντων· ἰδοὺ Μαρία γέγονε δωδεκαετὴς, τί οὖν ποιήσομεν αὐτῇ; *Facta autem illa duodecim annorum, consilium Sacerdotum factum est, dicentium, Ecce Maria facta est annorum duodecim: quid facie-*

mus

mus ei? Latina versio habet, *Ecce Maria facta est annorum decem in templo Domini.* quod nescio unde ortum sit. Græcum enim nostrum Exemplar habet ut diximus. Apud Barradium Abulensis verisimilius arbitratur, fuisse eam annorum 16. Cardinalis Cajetanus, 24. Albertus Magnus, 25. Itaque omnia hic perquam dubia. Interim, ut cum supposititia Epistola Hieronymi convenit noster, dicens, voluisse sacerdotes Mariam nubere, ita repugnat Proto-Euangelium, ubi deliberant, Quid facturi sint, μήπως μιανθῇ τὸ ἁγίασμα τοῦ Κυρίου *ne profanetur sanctitas Domini.* sic Nicephorus lib. 2. c. 7. *Postquam adolevit,* inquit, *consilium Sacerdotes agitarunt, quid de ea statuerent, ne in sacrum ejus corpus statuere quicquam viderentur. Sacrilegium namque prorsus se commissuros putabant, si viro eam conjungerent, atque in servitutem legis conjugalis redigerent, quæ semel Deo dicata esset.* Vides ut sibi contradicant hic authores. Quod autem de voto virginitatis à Maria facto noster narrat, ex supposititia illa Epistola habet. Proto Euangelium hic prorsus silet. At audi successum rei. *Qui tum summus erat Pontifex Zacharias, cæterique sacerdotes, ad insolitum hoc castitatis votum obstupescentes, ac Messiam è Virgine nascendum tenentes, hanc Messiæ matrem fore sunt suspicati. Pontifex, convocatis omnibus Doctoribus, quid agendum foret deliberavit. quumque nihil omnino statui posset, tota res ad Deum delata, ut ejus judicio staretur. Inspiratum uni divinitus, velle Deum, ut servato virginitatis voto, sponsus ei daretur. qui & ipse à Deo est designatus. Iussi enim sunt divinitus omnes è stirpe Davidis, qui patres familias non essent, ut gestatis manu baculis in templum convenirent. & cujus baculus primus efflo-*

 resceret

resceret, is Mariæ sponsus contingeret. Contigit is honos Iosepho, quadragesimo ætatis suæ anno, qui ut nunquam ante fæminam attigerat, ita & jam se perpetuæ virginitatis voto Deo obstrinxit. fraternam vitam egerunt, nulla interveniente uxoris maritique consuetudine. Hinc, non ob grandævitatem, senem eum fingunt pictores, florentemque ei baculum appingunt. Hæc noster. Vbi primum notandum, quod istius temporis summum Pontificem vocet Zachariam. ita & Proto-Euangelium Iacobi. At Epistola Hieronymi tacet nomen. Iosephus nullum circa ista tempora Pontificem facit Zachariam. Ioazarus dicebatur, sub quo desponsata Maria & natus Christus. vide & Nicephorum lib. 2. cap. 4. Zachariam quum dicit noster, Patrem Iohannis Baptistæ intelligere, cum Proto-Euangelio Iacobi, videtur. eum enim Veterum nonnulli summum dixere Pontificem. Sed quos erroris manifesti convincit S. Scriptura. An enim de summo Sacerdote diceret Lucas c. 1. 5. ἐγένετο ἱερεύς τις, *erat Sacerdos quidam*? Vulgarium Sacerdotum aliquem phrasis ea designat. Præsertim autem quod eodem versu dicitur fuisse ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. *ex classe Abiæ*: & ꝟ. 8. *Sacerdotio functus* ἐν τῇ τάξει *in ordine classis suæ*: & ꝟ. 9. *sortitus vicem suffiendi*, Vulgarem Sacerdotem indicant. Summus enim Sacerdos ad Classes non pertinebat, neque ibi τάξιν suam habebat. Vide 1 Paralip. 24. ubi inter 24. Classium capita sorte electa, Sadoc & Ahimelech summi Sacerdotes, quorum unus primarius, alter vicarius erat, non recensentur. certumque est, octavæ Classis præsidem Abiam, quo refertur Zacharias, non fuisse summum Pontificem. Et quis legit unquam, ad obeunda

eunda templi munia, summum Pontificem sortibus, vulgarium Sacerdotum instar, fuisse obnoxium? Quod autem iidem Veteres Zachariam in Sanctum Sanctorum ingressum putaverint, ut ibi suffitum adoleret, adeoque summum Pontificem esse oportuisse, à Luca cap. 1. ꝟ. 11. apertè convellitur. ingressus tantum enim est ad altare suffitus, quod in Sancto erat extra velum, non in Sancto-Sanctorum intra velum. Clara hæc sunt. noster tamen quidvis, etiam falsissima, Gentibus obtrudit.

Ullamne, obsecro, veri speciem habet, scivisse Sacerdotes ex Virgine nasciturum Messiam, atque inde esse suspicatos, Mariam, quia virginitatem voverat, Messiæ fore matrem? Hactenus certè id strenuè negarunt, & adhuc negant Judæi, suumque Messiam è conjugio nasciturum constanter credunt. Et cur ergo tam impudenter fingit infra, Simeonem justum, legis, ut ait, doctorem, id adeo credere non potuisse, ut etiam Esaiæ locum corrumpere fuerit ausus, ne tenerentur discipuli ejus credere, Virginem parituram? Et si jam tum Mariam fore Messiæ matrem per suspicionem crediderunt, firmiter credidisse necesse est, ubi illustre illud, quod hic narrat, signum accessit, quo divinitus & publicè Mariæ sponsus non maritus designatus est Iosephus. Cur ergo Mariæ filium adeo ignorarunt Sacerdotes, ut non tantum pro Messia non habuerint, sed & oderint & interemerint? Cur neque Simeon neque Anna Prophetis cum Messiam esse scivissent, nisi peculiari oraculo & instinctu de eo fuissent edocti? Longè aliter Iesuita Barradius, qui tom. 1. l. 6. c. 7. *Credendum esse*, ait, *Virginem*

nem Iosepho traditam à Sacerdotibus, mysterium ignorantibus, tanquam conjugi ad liberos procreandos. Consulto super Mariæ matrimonio Deo, ait noster, uni fuisse inspiratum divinitus, &c. Epistola Hieronymi ait, *Cunctis audientibus, de oraculo & de propiciatorii loco vocem esse factam.* Proto-Euangelium Iacobi, *Angelum adstitisse Zachariæ in Sancto-Sanctorum, eumque esse allocutum.* Hæccine satis concordant? noster certè ad Proto-Euangelium accedit magis quam ad Hieronymum. At signum divinitus quale datum, quo sponsus Mariæ designaretur? Epistola Hieronymi duplex profert. primum, cujus virga florem germinaret. Alterum, in cujus virgæ cacumine Spiritus Domini specie columbæ consideret. Rei autem eventum addens, ineptè admodum posterius tantum recenset. Omissa enim Virgæ Iosephi germinatione, ait: *Proditus est itaque Ioseph. Cum enim virgam suam attulisset, & in cacumine ejus columba de cœlo veniens consedisset, liquido omnibus patuit ei Virginem desponsandam fore.* Elegit & posterius tantum Proto-Euangelium, cujus verba sunt, τὴν δὲ ἐσχάτην ῥάβδον ἔλαβεν Ἰωσήφ. καὶ ἰδοὺ περιστερὰ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς ῥάβδου, καὶ ἐπετάσθη ἐπάνω τῆς κεφαλῆς Ἰωσήφ. *Vltimam autem Virgam accepit Ioseph. & ecce columba exiit è virga, & volavit in caput Iosephi.* Hieronymi istius columba è cœlo descendit, & in cacumen virgæ consedit. Iacobi hujus è virga exiit, & in caput Iosephi consedit. Ita pulchre concordant fabulæ. Noster solum primum signum probavit, & tacita columbæ mentione, solam virgæ efflorescentiam laudavit. veritus fortassis, quod res est, ne injurius in Servatorem Christum foret, si in ullum alium Spiritum S.

columbæ specie descendisse dixisset. Vtinam vero ubique ita saperet. Sed quomodo hæc omnia concordant cum Epiphanio in libro Ancorato, dicente, *Iosephum sortibus missis in viduos & non habentes uxores, in singulis tribubus in Virgines in templo, accepisse juxta sortem Virginem Mariam?* si sortibus, ergo non istis signis supra allatis. Vides hîc quoque omnia nutare. At qua fidei certitudine asserit, Iosephum nunquam mulierem attigisse? B. Hieronymum pro se habet lib. 2. in Matthæum. at contra se Theophylactum, Eusebium, Euthymium, Oecumenium, Epiphanium, Origenem, Hilarium, Ambrosium, Thomam Cajetanum, quorum loca profert Sixtus Senensis in Bibl. Sanctæ lib. 6. Annotat. 64. qui cum ante Mariam aliam habuisse uxorem affirmant. vide etiam Nicephorum lib. 2. cap. 3. mitto Proto-Euangelium, ubi Angelus jubet Pontificem convocare πάντας τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ, *omnes viduos populi.* Viduus ergo & ipse fuit Iosephus. Hoccine itaque est aut Deum aut antiquos Patres revereri? rem tam incertam, quam in verbo suo Deus tacet, tot autem Patres reclamant, veluti Euangelicam Gentibus credendam tradere?

Nec minoris est audaciæ, quod eum in virili ætate, quadragenarium scilicet, Mariæ desponsatum dicit, & à pictoribus non ob grandævitatem, sed ob perpetuam virginitatem, depingi senem. In Proto-Euangelio introducitur, matrimonium Mariæ detrectans, his verbis, υἱοὺς ἔχω καὶ πρεσβύτης εἰμί, αὐτὴ δὲ νεᾶνις, μήπως ἔσομαι καταγέλως τοῖς Ἰσραήλ, *filios habeo, & Senex sum, illa autem juvencula: cavendum ne Israëlitis ludibrio sim.* Quod si scriptum hoc rejicit (quod summo jure fieri

fatemur) habeat memoratam sæpius epistolam Hieronymi, dicentem, *Erat autem inter cæteros Ioseph homo de domo & familia David grandævus.* Habeat Epiphanium, qui adversus hæreses lib. 3. hæresi 78. ostensurus Mariam Iosepho custodiendam, non in uxorem fuisse traditam, hoc argumento probat, Πῶς γὰρ ἠδύνατο ὁ τοσοῦτος γέρων παρθένον ἔχειν γυναῖκα, *quomodo enim potuisset tantus senex virginem habere uxorem?* paulo infra ait, Iosephum fuisse patrem Iacobi fratris Domini, eumque genuisse quum esset ἐγγύς που περὶ ἔτη τεσσαράκοντα πλείω ἐλάσσω *circiter quadraginta annorum plus minus.* Audi quod sequitur: Λαμβάνει τὴν Μαρίαν χῆρος, κατάγων ἡλικίαν περὶ που ὀγδοήκοντα ἐτῶν καὶ πρόσω ἀνήρ, *Accipit Mariam viduus, ætatem agens circiter 80 annorum & amplius.* Noster, quadraginta, Epiphanius octoginta & amplius. Vides audaciam hominis, qui nihil non, refragante etiam antiquitate, asserere audet. Nicephorus quoque senem eum facit. lib. 2. cap. 7.

Operæ pretium intelligere est, cur Virgini sponsum dari Deus voluerit. aliquot causas adfert noster, Pag. 29. atque inter eas hanc, *ut arcanum Messiæ Diabolum lateret, cui jam ex Scripturis innotuerat, ex Virgine exspectandum esse Messiam. propterea à tempore desponsationis potestas Diabolo in domum Mariæ intrandi non fuit data.* Prima verba ex Origenis quadam homilia in Matthæum petita sunt, quæ extat Tomo 3. pag. 115. editionis Merlini. Verba ejus sunt, *Quæ fuit necessitas, ut desponsata esset Maria Ioseph? nisi propterea quatenus hoc Sacramentum Diabolo celaretur, & ille Malignus fraudis commenta adversus desponsatam Virginem nulla penitus inveniret.* In ea sententia & alii quidam

ex

ex Patribus fuerunt. Ludicra tamen est, quumque eam noster Euangelicæ historiæ inseruit, Gentibus hanc ridendam tradidit. Didicerat ex Esaia Diabolus, Virginem fore Messiæ matrem. At desponsata Iosepho Maria, ne suspicari quidem Diabolus, cum interdictus ipsi esset ad Mariæ ædes adventus, potuit, intactam hanc à Sponso relinqui. atque ita latuit ipsum Messiæ arcanum. Risum teneatis amici. quin recordatur noster supra à se dictorum? Votum perpetuæ Virginitatis fecerat Maria. id Sacerdotibus non tantum innotuerat, sed & suspicionem ipsis injecerat, hanc fore matrem Christi. Oraculum Dei divulgatum fuerat inter Sacerdotes, dandum esse Mariæ sponsum, qui virginitatem ejus tueretur. publico & miraculi pleno prodigio ad id delectus fuit Ioseph. qui & ipse perpetuam virginitatem vovit. nihil ne horum subolevit Diabolo? sed & infra dicet, *Adeo fuisse omnibus laudatam Virginem, ut vulgatus passim esset sermo, hanc, bonitatis & dignitatis suæ gratia, in matrem Messiæ esse electam.* quod adeo palam erat, ut homines id crederent & dicerent, Diabolus ne subodorari quidem potuit? desiit jam sagax esse Spiritus, ignavum pecus & stipes factus. aut bardos ac stupidos credidit noster omnes Indos Persasque quibus etiam insulsissima quæque saperent.

Pergimus. Pag. 30. *Maria edocta à Deo desponsationis causas, consensit, & in domum Iosephi concedens, ejusdem cum eo contubernii diebus aliquot Hierosolymæ fuit. post Nazaretham, quæ patria Iosephi erat, se contulerunt.* Viden' Lector, nihil novi ab Angelo Gabriele allatum iri Mariæ, quum Christum ex ipsa nasciturum indicabit?

 edocta

edocta enim jam ante à Deo erat desponsationis suæ causas, inter quas arcanum quoque erat Messiæ, Diabolo occultandum. Miror, quis Propheta aut Spiritus hoc nostro revelaverit. Vt & alterum, quod ejusdem contubernii cum Iosepho fuerit, tum Hierosolymæ, ubi facta desponsatio, tum Nazarethæ, quæ patria Iosephi erat. Dissentit omnino Epistola Hieronymi, cujus verba sunt: *Igitur nuptiarum jure pro more celebrato, ipse quidem in Bethlehem recedit civitatem: domum suam dispositurus, & nuptiis necessaria procuraturus. Virgo autem Domini Maria cum aliis septem virginibus coævis & collactaneis quas à Sacerdote acceperat, ad domum parentum suorum in Galilæam reversa est.* & paulo inferius tradit, *Iosephum post tres demum menses à Iudæa in Galilæam venisse, ut desponsatam sibi Virginem in uxorem duceret.* Si huic fides est habenda, Maria non in domum Iosephi, sed parentum suorum concessit. & patria Iosephi non Nazareth fuerit, sed Bethlehem. quod & Nicephorus asserit l. 1. cap. 12. dicens, *Christum Bethlehemi fuisse circumcisum in domo Iosephi.* Proto-Euangelium quoque ait, eam domum suam esse reversam. fabulamque de 7 virginibus comitibus plenius exornat. Iosephum autem, derelictâ eâ domi, abiisse fabrilem exerciturum, nec rediisse, donec ab Elizabetha reversam à sex mensibus gravidam reperit. quæ meræ sunt chimæræ. à quibus prudenter noster abstinuit. utinam & à cæteris, ac pro nugis purum Indis Euangelium dedisset.

Nunquam ex Euangelistis (quippe qui solius Christi, non Mariæ, servi ac præcones erant) didicissent Indi cujus staturæ, formæ ac speciei fuerit Virgo. Intererat

tererat tamen, ad salutem credo, scire. Noster ergo sic eam depingit: *Maria fuit mediocris staturæ, tritici coloris, contracta facie, oculis magnis & ad cæruleum vergentibus, capillis aureis, manibus digitisque longis, pulchra forma, in omnibus proportionata. loquela convenienti, prospectu verecundo & eleganti, amabili amictu, pauperculo & mundo. Tanta in vultu ejus Majestas apparebat, ut impio cuidam & formidabili, vultum ejus intuenti, contigerit, colligere se & retrahere & in alium mutari virum.* Miraculum hoc unde habeat, nescio. Cætera, & plura, ex Epiphanio recenset Nicephorus lib. 2. cap. 23. Quæ omnia quum non tantum divinæ non sint veritatis, sed & dubiæ admodum fidei, digna non erant quę divinis & indubitatæ fidei Euangelicis scriptis assuerentur.

Pergit nunc noster ad ipsius Christi historiam. Sed cave exspectes, Lector, ut ex solis eam Euangelistis contexat. Pag. 33. *Confecta*, inquit, *domo*, *Dominum domus adesse oportebat. quum ergo annos 13 & menses sex nata, in conclavi suo Nazarethæ esset Virgo, Angelus Gabriel ad eam venit.* Baronius in Appar. cum iis sentit, qui Mariam desponsatam volunt, quum ætatis annum attigisset decimum quintum. noster supra dixit, decimum tertium. atque ita facta fuerit hæc Gabrielis annunciatio sex mensibus à desponsatione. repugnat Epistola Hieronymi, quæ id *primo adventus sui in Galilæam tempore* factum ait, id est simul ac à Pontifice dimissa cum 7 Virginibus ad ædes paternas esset reversa, quod protinus à desponsatione factum. Vbi vero factum? *quum in conclavi esset*, inquit noster. contra Proto-Euangelium, *quum accepta hydria exiit* haurire

haurire aquam. Suffecisset cum Euangelista dixisse, *Ingressus est ad eam Angelus*, ubicunq; tandem ea fuerit.

Mysterium habet, inquit noster, *quod Nazarethæ tunc temporis fuerit Virgo. Nazareth enim florem denotat, & ex ista Virgine tanquam ex stipite Christus flos omnis bonitatis egressus est. Sic enim habet Esaias, Surculus verus ex radice Iesse exsurget, & ex illo surculo flos nascetur.* An non mireris Lector, Pontificium à vulgato Latino textu, qui Authenticus ipsis habetur, recedere fuisse ausum? Latinus enim secundum Hebraicam veritatem habet, *& egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ejus exsurget.* ubi utriusque propositionis subjectum ad Christum pertinet. at noster sic reddidit, ut prioris propositionis subjectum Mariam designet. Piam scilicet fraudem putavit, in honorem Virginis, apud Gentes Latinè atque Hebraicè nescientes, sacrum textum invertere.

Nec mysterio caret, quod Nazareth in Galilæa fuerit sita. Pag.34. *Galilæa*, inquit, *circuitionem denotat, eoque innuitur, fore ut ab adventu Messiæ homines se ad Deum rursus convertant.* Mirum sanè, tam parum fuisse Ecclesiæ amantes Euangelistas, quod tam præclara nos celaverint. nugandi scilicet ipsis nec animus fuit nec otium.

Quid porro Gabriel? *Solus*, inquit, *è cœlo non descendit, sed multis Angelis stipatus. Solus tamen in conclave Virginis penetravit.* Quem dicti hujus authorem habeat nescio. audacem habet, si quem habet. Et quorsum hæc? nisi ut Majestas Mariæ ostentetur, quæ jam ut Mater Domini salutanda, non vulgares istos Angelos, sed solum eorũ presidem in conspectum sui admittebat.

Quando

Quando autem accessit Angelus? *quum illa in precibus dejecta, mente illud Esaiæ versaret, Ecce Virgo concipiet & pariet filium, quatenus Virgo virgo est, & nomen istius filii erit Immanuel.* Adeone divino Spiritu præditus fuit noster Xaverius, aut quisquis est ex quo hausit, ut quid isto momento cogitaverit, & quem Scripturæ locum animo versaverit Maria, indagare valuerit? Summæ etiam audaciæ est & pessimæ fidei, quod locum Esaiæ Gentibus obtrudat, quasi à Deo dictum esset, *Ecce virgo concipiet & pariet filium, quatenus virgo virgo est.* ut scilicet credant Gentes, Virgineo modo non tantum concepisse, sed & peperisse. de quo plura sequentur. Nunc porro audi, quam pulchre Xaverius arcana Mariæ noverit. *Magno*, inquit, *tenebatur videndæ beatæ hujus Virginis desiderio, cupiens vilissima ejus esse famula, ac corde suo mille ei volvebat laudes: atque emolumenta quæ ex isto filio essent mundo eventura ob oculos habebat. Dum hæc virgo cogitaret, derepente Angelus intrans per ostium, juvenis specie, pulcher ac luce refertus, in genua concidit, oculisque in terram defixis salutavit, Ave Maria, &c.* Dea depingitur, coram qua Angelus in genua concidit, cujusque Majestatem defixis in terram oculis reveretur. Mitto quod ipsam Angeli speciem, quam ipsi fortassis Euangelistę ignorarunt, notam habuerit noster. Majoris est, quod *obstupuisse* ait *Virginem, non quod Angelum vidisset audivissetque: sæpè enim eos videre contigerat: sed quod tanta cum demissione honorisque exhibitione ipsam compellasset.* Cavendum scilicet erat, ne quis Mariæ stuporem derogare quippiam Majestati ejus arbitraretur, quasi eam conspectus Angeli terruerit. familiares enim eos

jam

jam pridem habuerat. sed hactenus divinos istos experta non fuerat honores, quos ὑπερδουλίας titulo insigniunt Pontificii, quibus deinceps assuescendum ipsi erat. jam adhuc insueta, stupet. simile quid habes in Epistola illa Hieronymi. quamvis de honoris exhibitione nihil. noster Virginicola id addidit.

Audi cætera. Pag. 37. *Quod Angelus dixerat de nascituro ex ipsa filio, in cogitationem ipsam conjecit. tanta enim res ea erat, ut nunquam in opinionem ejus venerit.* Mendacem oportet esse memorem. Si, quod dixit ante, Virginitatem perpetuam voverat, & tamen petierat à Deo, sibi dari esse Messiæ matrem, ipsique revelatæ fuerant causæ desponsationis cum Iosepho, inter quas erat arcanum Messiæ, quin &, si vulgatus ille sermo fuit, fore ipsam Messiæ matrem, dubitare non potuit, quin ex se Virgine nasceretur filius. quomodo ergo id nunquam opinata fuerat? Sequitur, *Virgo in attenta eorum, quæ Angelus dixerat, meditatione ad mediam usque noctem hæsit. deinde post aliquot horas in ipso mediæ noctis puncto, Sancta virgo genibus incumbens, capite ad terram inclinato, oculis lacrymarum plenis, manibusque ante pectus junctis, dixit, Ecce Ancilla Domini, &c. protinus Deus ex sanguine mundo Virginis Sanctum corpus efformavit, simulque animam creans ei indidit, & ex corpore & anima natura humana integra exstitit.* Indignum scilicet Mariæ fuisset Majestate, si simulac scrupulus ab Angelo esset exemptus, protinus annuisset. exspectandum patienter erat Angelo per aliquot horas, donec post longam Mariæ meditationem tandem responsum referret. Quantum autem debetis Xaverio omnes Christiani, quod jam & ipsissimum mo-

menti punctum quo conceptus fuit vester Servator, & quomodo se tum genua, caput, oculi, manus Virginis habuerint, pernoscatis? Inviderunt scilicet vobis res tantas Sacri Euangelistæ.

Jam tum sex menses erant, quod Elizabeth concepisset. Pag. 41. *Erat ea*, inquit Noster, *ex matertera Mariæ nata.* Vnde vero hoc habet? lege Nicephorum lib. 2. cap. 3. vbi Mathanem Sacerdotem tres habuisse ex uxore Maria filias videbis, Mariam ex qua nata Salome, Soben ex qua nata Elizabetha, & Annam ex qua nata virgo Maria. nisi forte aliam noster spectaverit genealogiam. nihil enim in his certi. siquidem supra ex Breviario Romano audivimus, patrem Annæ dari Gazirum è tribu Juda.

Addit noster, Pag. 45. *Mariam cum salutatum Elizabetham ire vellet, discedendi veniam à Iosepho postulasse. qui non tantum annuit, sed & comitatus est.* Qua vero fide hoc dicit? Proto-Euangelium narrat, Iosephum post sextum demum à desponsatione mensem ab œcodomiis ad Mariam esse reversum. Epistola vero Hieronymi, *quum tres fluxissent menses & quartus instaret, venisse à Iudæa in Galilæam ut desponsatam sibi Virginem in uxorem duceret.* intra quod tempus procul omni dubio peractum fuit iter Mariæ ad Elizabetham. Secundum hos ergo Iosephus eam non est comitatus. Sed noster quidvis asserit.

Quod sequitur, verissimum est. *Salutavit Virgo Elizabetham tanta cum verborum efficacia, ut & Elizabetha obstupesceret, & fœtus in utero subsiliret.* Sed audi quid Mariæ ὑπέρδουλος inde colligat. Pag. 49. *Hinc liquet*, inquit, *quam potens sit benedicta Virgo in beneficiis*

præstandis, & quantam gratiam Deus iis reservet quos illa invisit, quibusque bene precatur, & quos in protectionem suam per intercessionem capit. hinc tantam Christiani spem in intercessione ejus habent, summoq; studio id agunt, ut devotis intensisque precibus eam protectricem suam habeant. Tibi dico Xaveri, si vel Angelus è cœlo sis, anathema es, qui aliud Gentibus Euangelium prædicas quam Gentium Apostolus Paulus, cæteriq; Apostoli prædicarunt. si uspiam in S. Literis virgo Maria nobis protectrix datur, in qua spem nostram collocemus, quæ nos per intercessionem in tutelam suam capiat, nos invisat ac potentia sua bene faciat, causa ceciderimus, & victas manus demus. si secus, quis orthodoxus tibi non in faciem resistat, qui οὐκ ὀρθοποδεῖς πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου *non recto pede incedis juxta veritatem Euangelii*, & τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ῥωμαΐζειν *gentes cogis Romanam idololatriam sequi?*

Nondum mendaciorum & audaciarum finis est. Pag. 50. 53. *Præsente*, inquit, *adhuc Maria, Elizabetha peperit filium, die Veneris, quem octo post diebus circumciderunt. Tum Ioseph & Maria domum sunt reversi.* Negat hoc Nicephorus lib. 1. cap. 8. paulo ante partum discessisse ait, addita causa, *Quum in moribus esset, ut virgines, quum partus gravidæ mulieri & jam parturienti immineret, secederent.* Est quod Pontificii irascantur Xaverio, quod non potius, Nicephorum secutus, castum Virginis animum eo commendaverit, quod parienti fœminæ adesse noluerit. præsertim quum assertionis suæ nec volam nec vestigium apud Euangelistas reperit. Lucas sane cap. 1. ℣s. 57. discessum Mariæ præmittit partui Elizabethæ. Observa, *die Veneris* natum

fuisse Iohannem Baptistam. Nam & supra *die Veneris* nata fuit Virgo Maria, & *die Veneris* in templum delata. placet ipsi vehementer Venus, & hæc extra Scripturam non aliter asserit, quam si בת קול *filia vocis*, ut loquuntur Hebræi de cœlesti oraculo, ipsi detexisset. ut & hoc, Pag. 57. *Ioseph deprehenso Mariæ utero deserere eam, & ad ædes patris concedere statuit. At de tota re à Deo edoctus, ad Mariam venit, eamque non tanquam innocentem ac sanctam, sed tanquam Matrem Majestatis Christi honoravit.* Quis hoc de ædibus paternis revelavit? aut quo authore hoc profert? & unde huic innotuit, quo honore Ioseph Mariam coluerit? Revera hic est εἰκῆ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, *temerè inflatus sensu carnis suæ, in ea quæ non vidit pedem inferens.*

Novum habe documentum. Pag. 61. *Ioseph*, inquit, *& Maria Bethlehem versus iter facientes, incommoda multa à vento, pluvia, frigore, (hyems enim erat) à longitudine viæ, ab inordinatione, hominumque qui in hac causa ibant multitudine, in via passi sunt. præsertim Maria, cui tempus pariendi isto aut postero die aderat. Mulo illa vehebatur. Habebant & bovem comitem qui cum parata pecunia sarcinas portaret, ibidemque divenditus proposito satisfaceret, & impensæ itineris simul obtinerentur. In urbe plus passi sunt. quum enim exigua ea esset, hominesque tanto numero undequaque confluxissent, ut omnibus locus non daretur, summo studio ac sollicitudine extra urbem domicilium quoddam angustum, humile, à latere collapsum & effusum sibi compararunt, quadrupedum refugium adversus ventum & pluviam. Dependebat hæc domuncula à diversorio urbi vicino, ubi homines diverte-*

bant. quumque diverſorium hominibus eſſet refertum, coacti fuere in hoc beſtiarum domicilium deſcendere. Virgo tenuem hunc & deſertum locum intuens, gratias egit Deo, admirata ejus opera, quod iſthic loci naſciturus eſſet altiſſimi Dei filius. Verrunt, mundant, ordinant domunculam, ibique ſubſiſtere ſummo cum gaudio, & concordia ac favore Dei deliberant. Hæccine Euangelica? aut hæc certa? Pro mulo aſina fuiſſe vectam Mariam, habet mendaciſſimum illud Iacobi Proto-Euangelium. De bove nihil. Barradius in medio relinquit, & prudentius ſane, pedibus ne an jumento viam peregerit Virgo. quia author Sermonis de Nativitate, qui Chryſoſtomo aſcribitur tom. 2. Ioſephum & Matrem Domini de Nazareth ſolos veniſſe aſſerit, nec habuiſſe jumentum. Idemque Barradius, quod de bove ut venderetur adducto noſter effutit, non admodum veriſimile eſſe teſtatur. Creditur autem in Eccleſia Romana ex nonnullis Patribus, quibus locum Eſa. 1. 3. ad Chriſtum applicare libuit, jacuiſſe Chriſtum in præſepi inter bovem & aſinum præſepi alligatos. ſi quæras, unde advenerant iſta animalia? facilis jam ex Xaverii fabula eſt reſponſio, Ioſephum & Virginem ea eò adduxiſſe. nam aſinum dicat an mulum, qui ex aſino genus ducit, parum refert. Barradius & bovem & aſinum alienos potius fuiſſe putat. De domuncula repugnat etiam Proto-Euangelium. ait enim Mariam ingreſſam eſſe *εἰς σπήλαιον in ſpeluncam* atque ibi peperiſſe. Sic Barradius, in antro ſub rupe. Epiphanius ſimiliter adverſus hęreſes lib. 1. hęreſi 20. ait, *natum eſſe in Bethlehem, circumciſum in ſpelunca*, nempe in qua fuerat natus. ſic enim tom. 1. lib. 2. hæ-

reſi 51. *Magi*, inquit, *non invenerunt Mariam in ſpelunca ubi peperit.* vacillant hęc omnia, nec fidem merentur.

Proſequamur. Pag. 62. *Quoniam nox erat, beata virgo ſpiritum à labore quieti dedit, & adeſſe cognovit pariendi tempus. At non ad inſtar reliquarum mulierum per præſentiam dolorum id cognovit, quæ ultrix oblectationis congreſſus & coitus eſt. quoniam enim hoc in Virgine locum non habuit, neque illi etiam dolores fuerunt. Sed per peculiarem Dei inſpirationem & fœtus agitationem id cognovit. Quocirca in precibus exiſtens, genibus in terra poſitis, oculis in cœlum directis, ac manibus antrorſum elevatis, Deo infantem tradidit, qui ex ſe naſceretur. ſimulque mille Deo gratias egit, quod ex ſe paupere & inope ſalutem mundi naſci vellet. & deſcendens in profundam juſtitiæ & miſericordiæ Dei meditationem, intenta fuit in nativitatem Domini quem geſtabat. nocte diei ſolis, anno poſt conditam Romam 752. ab Imperio autem Cæſaris Auguſti 42, in puncto mediæ noctis, quum res omnes in ſummo eſſent ſilentio, Virgo meditationibus vacans, & mirabile quoddam gaudium in corde perſentiſcens, oculos in terram demiſit, & Dominum Ieſum ante ſe natum vidit. quumque vocem ejus, vagientibus infantibus ſimilem, audiviſſet, in terram proſtrata, tanquam numen ſuum adoravit, lacrymantibus oculis & corde lætitia referto. Surrexit deinde ac ſedit, eumque ulnis complexa oſcula dedit & honoravit.* Hui! quam accuratè novit noſter temporum momenta. Baronius in Apparatu ſentit, natum eſſe Chriſtum, anno ab urbe condita, ſecundum Varronianam ab antiquis magis probatam ac receptam ſupputationem, 751. noſter 752. Quamvis autem Baronius diem illum quoque referat ad 42 an-

num Auguſti, fatetur tamen alios antiquiorum Patrum referre ad annum 41. alios etiam ad 28. Die ſolis Chriſtum eſſe ortum, ex antiquis Patribus non habetur. Quam exactè autem, ut ipſo puncto mediæ noctis conceptum fuiſſe ſupra Chriſtum dixit, nunc eodem puncto natum novit noſter? credat credulus. quam ſollicitè autem cavet, ne quis obſtetrice eguiſſe Mariam aut uſam credat, aut cum doloribus, aut ullo modo ad inſtar cæterarum fœminarum peperiſſe? Sed de his plura ſequentur infra. Hic tamen non eſt prætereundum, quod oblectationem, quam ex congreſſu cum marito mulier percipit, ſimpliciter peccatum eſſe ſtatuat, cujus pœna ſint ſequentes partus dolores. non id ex Scriptura didicit, quę Proverb. 5. 18. viro dicit שְׂמַח מֵאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ *gaude de uxore adoleſcentiæ tuæ.* cur non viciſſim & mulieri liceat gaudere de marito adoleſcentiæ ſuæ? modo honeſtatis limites non tranſeantur. Dolorum autem partus cauſam in primo peccato ſtatuit Moſes. Geneſ. 3.

Pergamus. Pag. 66. *Eodem tempore*, inquit, *Angeli è cælo deſcendentes cæleſtem Muſicam cecinere, dicentes, Gloria Deo in excelſis, pax in terra, hominibus bonæ cogitationis. additis porro mille gratiarum actionibus. audivit hæc Maria & corde ſuo eſt comitata. Gabriel ab Angelorum choro ſecedens, paſtoribus excubias agentibus nunciavit, &c. Eodem tempore cohors quædam alia Angelorum apparuit, dicentium, Gloria Deo in excelſis, &c.* ut ſupra. *Iverunt paſtores Bethlehemum, & Chriſtum viſum agnoverunt, reverſique mille gratiarum actiones dixerunt. Ex eo rumore alii etiam ejuſdem cœtus paſtores iverunt, ut Chriſtum recens natum viderent.* Vides hic, bis ce-

ciniſſe Angelorum cohortes, *Gloria Deo in Excelſis.* &c. ſemel coram Mariã. iterum coram Paſtoribus. Siccine Euangeliſtæ? Sed pium videbatur aliquid addere, Deo etiam vetante, ne majori honore paſtores affecti viderentur quam Mariã. Vides & duas diverſorum paſtorum diſtinctas Bethlehemum profectiones narrari. quod utique ex Euangeliis non hauſit. Sed pium videbatur mendacium, modo ad amplificandam Chriſti gloriam faceret. Tenue ſcilicet nimium & dilutum erat, quod ſuper hoc negocio à S. Luca narrabatur. ut & jejunum nimis illud, *Angelus Domini ſupervenit ipſis.* nominandus fuerat, ut res fidem mereretur. noſter itaque Gabrielem dicit. etſi fortaſſis Michaël fuerit, aut Raphaël, aut alius quiſpiam. Sed noſter nuſquam hæret. quicquid vel ſomniavit, vel alibi fando audivit, dignum videtur quod tanquam Euangelium Gentibus offeratur.

Audi nunc rurſus ſollicitum admodum immaculati Virginis partus patronum. Pag. 69. *Virgo nullum in hoc partu dolorem ſenſit, ſed multum gaudii & refocillationis ſpiritualis. Et ſicut abſque diſpendio virginitatis in uterum matris intravit, ſic ſumma cum integritate ejus, non adaperta via, exivit. ſicut radius ſolis ex orbe tranſit, abſque ut eum frangat. Voluit enim Filius hic Dominicè naſci, & matri ſuæ, quæ propter ſe multa eſſet paſſura, id gaudii & honoris dare, ut ab omnibus fœminis diſtincta, & virgo eſſet, & mater. Manſit enim & in partu, & ante & poſt partum virgo.* Quid ſibi illa volunt, *ſicut abſque diſpendio virginitatis in uterum matris intravit?* aliunde ne ergo Chriſtus, ſicut radii ſolares per vitri ſoliditatem ſine ulla vitri læſione, ſic per

integra Virginis clauſtra in uterum tranſiit? an in caſtra Anabaptiſtarum noſter abiit, qui ſemen aliquod cœleſte in uterum Virginis delatum volunt, unde natura ejus humana ſit formata? Non tranſiit in uterum, qui ex ſolius Virginis ſemine ac ſanguine intra uterum contento in utero eſt conceptus. Niſi fortaſſis tranſitum dicas, quo per venas & vaſa ſpermatica ſanguis & ſemen muliebre in uterum tranſeunt. quod hic locum non habet, quia & antequam Chriſtus conciperetur, ſacra Virgo in aliarum fœminarum morem naturali iſti fluxui obnoxia fuit. atque ea res ſic ſe habet, ut & temerarius ſit qui matricem Virginis in partu adapertam neget, neq; in virginitatem ejus ullatenus ſit injurius, qui id ſtatuat. Virginitatem ne lędit, quod ſingulis menſibus ſanguini expurgando ſe pandat vulva? cur eam magis lædat, quod fœtui proferendo idem faciat? Si Sixtum Senenſem S. Bibliothecæ l.6. Annotat. 136. & 137. conſulere animus eſt, reperies Origenem, Ambroſium, Tertullianum, vulvæ apertionem Mariæ in partu tribuentes, idque ex loco Luc.2. ℣ſ.23. quibus addo Nicephorum lib.1. cap.12. ideone eam virginem aut negarunt, aut dubitarunt? virgo eſſe deſinit, non cui uterus aperitur, ſed cui ex viri coitu aperitur. ab eo quæ intacta manet, virgo manet. Sed & Origenem ibidem citat Sixtus, qui ex loco Lucæ c.2. 22. purgatione Mariam eguiſſe intrepidè ſtatuit. ideone eam virginem negavit? aut virgo non eſt, quę à menſtruo ſanguine purgari opus habet? Si hæc & ſimilia ad honorem Mariæ Virginis pertinent, mirum ſane tam negligentem Matris ſuæ fuiſſe Chriſtum, ut quæ Xaverius tam magnificè prædicat & iterat,

iterat, in S. Literis ne attingi quidem curaverit, quin & contrarium de ea ſcribi voluerit.

Pergit noſter. Pag.70. *Iſta nativitatis nocte duo miranda contigere. Vnum, quod Romæ fons olei manavit, atque in torrentem evadens ſe mari junxit, & aliquot dies perduravit.* Baronius in Appar. ad Annot. Eccleſ. tradit ex Euſebio, contigiſſe id tertio Triumviratus anno, id eſt, 37. circiter ante nat. Chriſt. annis. Ergo non ipſa nativitatis nocte. vide & IeſuitamBarradiumConcord. Euangel.l.8.c.13. *Alterum, quod fores templi Iani (quod Dominum claudendi & aperiendi negocia, præcipuè belli, ſignificat) hactenus apertas, in ſignum univerſalis pacis clauſerint.* Et hoc negat Baronius ibidem, contigiſſe ipſa nativitatis Chriſti nocte. Merito ſane, nam id Ciceronis, tunc Conſulis, juſſu factum, cum devicto ab Auguſto mortuoque Antonio, deditaque à Cleopatra Ægypto, nuncium Romam eſſet delatum. quod 28. circiter ante natum Chriſtum annis accidit. Secundò clauſum eſt ab Auguſto, Iunio Silano & Auguſto Coſſ. 23 circiter ante Chriſtum annis. Tertio à Senatu decretum, ut clauderetur, ſed orientibus novis bellis impeditum, Iulio Antonio, & Q. Fabio Maximo Coſſ. 8. circiter ante Chriſtum annis. Poſtea demum, diu poſt Chriſtum, ſub Nerone clauſum.

Pergit noſter. *Quum autem Cæſarem Auguſtum pacis hujus & felicitatis authorem arbitrati, adorare eum cuperent, isque, quantumcunque pro ſua modeſtia renueret, cohibere populi impetum nequiret, Sibyllam accerſivit, ex qua num quis ſe in mundo eſſet major quæſivit. Illa tempus cogitandi poſtulans Deum conſuluit. Nono poſt die, coactis in Cæſaris palatium omnibus primoribus, Sibylla*

Cæsarem in angulum deducit, quodque ipsa videbat ostendit, nempe, ipso meridie circumcirca solem circulum aureum, in ejusque medio Virginem incontaminatam & luce plenam, puerulum manibus ad pectus tenentem. ibi Sibylla Cæsari, Hic infans, inquit, te major est. ac protinus ubi convenissent, vox cælitus audita, Hoc est altare cæli. Illud de oleo Orosius lib. 6. hist. 18. 19. 20. & Paulus Diaconus prodidere. de Jani templo historiæ Romanæ tradidere: sed hæc tum incerta, tum non necessaria, ad veritatem Euangelicam fulciendam adeo non faciunt, ut Spiritus S. tuto omiserit. Illud de Augusto Sibyllam consulente, deque ostenso à Sibylla miraculo, & de altari cœli, petitum est, teste Barradio, ex Anton. prima parte Historiæ, tit. 4. c. 6. §. 10. Sed nec antiquitatem habet, nec speciem veritatis. Baronius in Appar. ad Annal. Eccles. nullum his, aut sane exiguam fidem habens, nullumque authorem citans, *Ajunt,* inquit, *Genitricem Dei Mariam, infantem in ulnis habentem, monente Sibylla, sublimem in aëre ab eodem Augusto illic esse conspectam. Quod tamen ita velim intelligant, qui ei rei majorem fidem adhibendam putant, quam his quæ ex Græcis authoribus recensuimus: non quod Sibylla aliqua Augusti temporibus, quæ illum hæc docuerit, superstes fuerit: siquidem Cumæa, quæ novissima omnium fuisse traditur, quinquagesima Olympiade (auctore Solino) vixit, temporibusque Tarquinii regis Romæ fuit: sed sic accipiendum, ut ea ipsa Augustus à Sibylla, hoc est, Sibyllinis carminibus, quæ Sibyllæ nomine citari à majoribus consueverunt, acceperit, non à Sibylla, quasi adhuc vivente vate, quæ diximus, ei ostensa fuerint.* Hactenus ille. quæ sanè cum Xaverio conciliari nequeunt, quippe qui

Sibyllam ab Augusto accersitam, compellatam, novemque respondendi dies postulasse fingit. Quæ Suidas habet in voce Αὔγουστος, multum sunt dissimilia. Verba ejus referre libet. Αὔγουστος Καῖσαρ θυσιάσας, ἤρετο τὴν πυθίαν, τίς μετ' αὐτὸν βασιλεύσει. καὶ εἶπε

Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ μαντείου ὁ Αὔγουστος, ἔστησεν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπέγραψε ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν, ὁ βωμὸς οὗτός ἐστι τοῦ πρωτογόνου θεοῦ. *Augustus peracto sacrificio Pythiam consuluit, quis post se esset regnaturus. respondet, Ebræus puer, beatorum Deorum rex, jussit me hanc ædem derelinquere, & in infernum redire. Abi itaque tacitus à nostris aris. Egressus ergo è templo Oraculi Augustus, altare in Capitolio construxit, cui verbis Latinis inscripsit, Hoc altare est primogeniti Dei.* Apud Suidam consulitur Pythia in ipso oraculi templo. apud nostrum Sibylla, in ædem Augusti accersita. Ibi quærit, quis sibi sit successurus: hic, num se quis major. Ibi Christi oraculum, ejicientis Pythiam & in infernum relegantis, profertur: hic, Christus infans cum matre in Sole ostenditur. Ibi altare Primogeniti Dei ab ipso Augusto erigitur: hic altare cœli divino oraculo revelatur. Vtrumque fabulosum videtur. indignum certe quod Euangelicis Scriptis attexatur. At fac, contigisse quod noster asserit, quemnam putas oraculum verbis istis designasse, *Hoc est altare cæli?* aliumne ab isto infante, quem Sibylla Cæsare majorem dixerat? At is honos non infanti sed matri debebatur. Itaque noster addit, *Hic loci, ubi hæc Cæsari ostensa fuere, progressu temporis Ecclesia ex-*

structa fuit. & in eadem domo nunc Patres ordinis S. Francisci habitant, illamque Ecclesiam hoc tempore vocant, Sancta Maria altare cœli. Altare vocatur, quia sicut in altari offeruntur Deo sacrificia, sic per intercessionem Mariæ cultus nostros Deo offerimus, ut acceptiores habeat. Attende Lector Christiane. Solebas esse ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per Iesum Christum,* 1 Petr.2. vſ.5. nunc dicendum, *per Sanctam Virginem Mariam.* Olim Christus nobis factus fuit à Patre ἁγιασμὸς *sanctificatio,* 1 Cor.1.30. Nunc id Mariæ debetur. si enim illa est altare nostrum, illa est quæ Deo oblatos à nobis cultus sanctificat. nam τὸ θυσιαστήριόν ἐστι τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον, *altare est quod sanctificat munus,* Matth.23.19. Nunc vides, quomodo interpretari illud debeas Apoc.8.3.5. *Et alius Angelus venit & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & dati sunt ei suffitus multi, ut adderet precibus Sanctorum omnium super altare aureum quod erat ante thronum. & implevit angelus thuribulum ex igne altaris.* Sensus est, secundum Xaverium, stetisse Angelum ante Mariam, & obtulisse preces Sanctorum super auream Mariam, thuribulumq; suum implevisse ex igne Mariæ. Nulla hic amplius Christi ratio, quippe qui officium suum in Matrem resignavit. in terra etenim locum tantum habuit illud Iohan.2.4. Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι, *quid mihi tecum mulier?* in cœlis aliter se res habet, ubi & Porta cœli, & Regina cœli, & Altare cœli, & Mater misericordiarum, & fons gratiæ, & omnia facta est Maria. ut verum esse desinat quod ait Paulus Col.2.10. ἐν αὐτῷ ἐστε πεπληρωμένοι *in ipso estis*

completi.

completi. Pergite ita, servi Anti-Christi, τὸν ἀγοράσαντα ὑμᾶς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν, *Dominum qui vos mercatus est abnegantes, accersentes vobis ipsis celerem interitum.*

Accipe porro alia tria ingentia miracula. Pag.74. *Eodem die,* inquit, *media nocte, aliud etiam Romæ mirandum contigit. Quum enim magnificum Deo pacis templum exstruxissent, & ex Apolline quæsiissent, quousque templum illud superstes foret, responderat, donec Virgo, servata virginitate, pariat. quod quum fieri non posse arbitrarentur, æternum fore crediderunt. quamobrem tabulæ lapideæ in frontispicio templi insculpserunt, Templum pacis & æternitatis. At eâdem qua Servator noster natus est nocte, prorsus corruit.*

Eodem die in Hispania tres soles visi sunt, admodum lucidi, qui paulo post coaluerunt, & trinū illud unum devenit.

Et in alia Hispaniæ parte, eadem nocte visa fuit nubes admodum lucida, quæ noctem diei similem reddidit. Prius Petrus Comestor prodidit. Sed Baronius in initio Annalium, se illud tanquam à veritate alienum rejicere ait. ut & Iesuita Barradius Concord. Euang. l.8. c.13. parum id veritatis habere videri asserit. Alterum habet Hermannus Contractus monachus, qui anno Christi 1040 floruit. Sed tres soles nihil habent novi. sæpe enim id contigisse, testatur Plinius Nat. Hist. l.2. c.31. Quod autem hic autor noster respicit, Baronius in Appar. ad Ann. Eccles. docet ex Plinio & Dione, contigisse ipso primo anno Triumviratus, Lepido & Planco Coss. id est, 40. circiter annis ante natum Christum. Barradius quoque dicto loco, id nec ea nocte, nec illo anno contigisse ait, quo natus est Chri-

 stus.

ſtus. Noſter tamen id tanquam Euangelicum affirmat. Tertium Damaſcenus habet, qui, ut fabulas multas habet, ita & hîc lucem iſtam, terra dehiſcente, ad ipſum limbum immiſſam fuiſſe ait. Barradius citato loco parum id certitudinis habere aſſerit. Quam tu malè didiciſti, Xaveri, ſaluberrimum illud Pauli Apoſt. monitum 1 Tim. 4. 7. τοὺς βεβήλους ϗ γραώδεις μύθους παραιτοῦ, *profanas & aniles fabulas averſare*. Quid hoc eſt niſi ſanam doctrinam intricare, & exoſam Gentibus reddere? credit Eccleſia Chriſtiana, & docet Vnitatem divinæ eſſentiæ in tribus diſtinctis perſonis ſubſiſtentem. hoc tu neſcio qua fabula trium ſolium, qui deinde coaluerint, & ubi trinum factum fuerit unum, explanare & perſuadere Gentibus ſatagis. At antequam coaluiſſent, trinum nondum erat unum, & poſt coalitionem unum non erat trinum. ſiccine ſe habet, aut habuit unquam Deus noſter? fuit ne unquam ibi trinum ſine unitate? aut unquam ſic coaluit trinum, ut ſit unitas ſine trinitate? Nunquam tu Gentibus perſuadebis, neque ipſe, opinor, credis, tres iſtos Soles fuiſſe omnes reales ac veros, ſed unum verum, alteros duos apparentes, aut omnes forte tres apparentes, per refractionem radiorum ſolarium in nubibus effictos. Quod ſi hinc colligerent Gentes, ſicut unus tantum eſt Sol, non trinus, ſic unum tantum eſſe Deum, non trinum. Sed ſicut unus ſol trinus apparuit trina virtutum ſuarum reflexione, quæ poſtea rurſus in unum coaluerunt, ſic unum Deum interdum trinum apparere, pro trina virtutum ſuarum diſpenſatione, quæ deinde rurſus in unum redeant, an non egregiè fabulis tuis de fide Chriſtiana meritus eſſes?

Sequi-

Sequitur hiſtoria Magorum. Pag. 81. *Die quinto à circumciſione Chriſti, tres Reges ex oriente veniunt. res ſic habet. Eodem momento quo Chriſtus naſceretur, nova quædam ſtella orta eſt, quæ multos in cogitationem conjecit in Arabia, quæ ab Hieroſolymis orientem verſus eſt. A temporibus Moſis, ex prophetia Bileami fama fuit, Meſſiam in Iudæa naſciturum, ejuſque ſignum fore ſtellam quæ ſuper terram Iſraël ſuſpenderetur. Ipſi quoque Iſraëlitæ in ea erant exſpectatione, & in nocturnis excubiis obſervabant, quando ſtella illa mirabilis appareret. Quum itaque jam apparuiſſet, ex illa indicatione, & per peculiarem inſpirationem Dei, tres Reges ſapientes in Arabum regione cognoverunt, natum eſſe Chriſtum. Sapientes ut plurimum vocabantur. Sic enim amabant vocari, potius quam reges, quia tunc temporis ad dignitatem regni ſapientia evehebat. Singulus eorum eſt profectus. de improviſo concurrentes, propoſitum ſuum alii aliis indicarunt, & camelis velocibus una ſunt profecti. Dux ſtella erat, quæ noctu dieque præibat. tanta enim ejus erat lux, ut præſente ſole eam viderent.* Hæc noſter. At quis Euangeliſtarum hos reges dixit? quis tres? quis quinto à circumciſionis, id eſt decimo tertio à nativitatis Chriſti die adveniſſe? hîc oculos ab aliis ſcriptis, quod in præfatione jactavit, non avertit, ſed totos eo convertit. quamvis & hîc non omnes idem ſenſerint. Epiphanius adverſus Hæreſes tom. 1. lib. 1. hæreſi 20. ſuſtinet, Chriſtum ſecundo demum nativitatis ſuæ anno conſpectum fuiſſe & viſitatum Bethlehemi à Magis. quod procul abeſt à decimo tertio die. atque idem magis urget lib. 2. hæreſi 51. idem habet Nicephorus lib. 1. cap. 13. ubi tamen alios tradere ait, non duobus poſt, ſed duobus ante divinam

nativi-

nativitatem annis Magos ſe in viam dediſſe, & dum in præſepi eſſet Chriſtus, in Bethlehem adveniſſe. quam ſententiam certiorem ait, ſibique magis probari. quomodo & Auguſtinus, fatente Baronio ad annum primum Chriſti, biennio ante natum Chriſtum Magis apparuiſſe ſtellam autumavit. cur ergo in tanta incertitudine Noſter tam temere ſtatuit? Cuinam Deus, aut Magi indicarunt, eodem momento ortam fuiſſe novam ſtellam, quo natus eſt Servator? & unde reſcivit, non hos Magos tantum, ſed & alios multos ſtellam iſtam deprehendiſſe? Vnde, ex Arabia veniſſe hos Magos? cur non ex Perſia? Nicephorus ſane eos Perſicos Magos vocat l.1. cap.13. Chryſoſtomus, in Magorum hiſtoriam commentans, idem apertè & indubitatè dicit. conſtat ſiquidem vel ex Platone in Alcibiade priore, Magos fuiſſe Perſarum ſapientes. & vulgata eſt Perſarum ſecta Ignem colentium, qui Arabibus المجوس *Magi* vocantur. De quibus apud Elmacinum in hiſtor. Saracenica, ubi inter cæteros qui Muhammedem, pacturi cum eo, adierunt, dicuntur fuiſſe اليهود والمجوس والصابه *Iudæi, Magi, & Sabæi.* Hi Indi, ſtellas colentes, iſti Perſæ, ignem. Adde, quod ad Orientem Hieroſolymæ, unde Magi venerunt, Perſia magis quam Arabia ſita eſt. hæc enim ad meridiem magis deflectit. Quid tandem? alii ex Perſide, alii ex Arabia, alii ex Chaldæa, alii ab extrema Æthiopiæ parte, alii ex India adveniſſe autumant. ad quæ omnia rectè Ieſuita Barradius, Nihil certi hac de re ſtatui poſſe. rationes enim quæcunque reddi poſſunt, non perſuadere. etſi ipſe cum Abulenſi, ex Me-

ſopotamia

ſopotamia potius Orientali veniſſe eos conjectet. At noſter quidvis, à quocunque habeat, quotquot tandem contradicant, intrepidè aſſerit. Ex quibus, obſecro, Hebræis habet, Iſraëlitas tempore Chriſti fuiſſe in exſpectatione ſtellæ quæ ſuper terram Iſraël ſuſpenſa videretur, & in nocturnis excubiis obſervaſſe, quando mirabilis illa ſtella eſſet apparitura? ſi id verum, cur eam jam præſentem, & Magos deducentem non agnoverunt, ne quidem à Magis moniti? Si id ex loco Num. 24. ỳſ.17. crediderunt, debebant etiamnum in eadem eſſe exſpectatione. At legat qui vult Buxtorfii Synagogam Judaicam, decem ibi miracula reperiet, quæ ex ſententia Judæorum circa adventum Meſſiæ evenient. at de ſtella iſta nihil. ſtellam enim illam Bileami non de propriè dicta ſtella, ſed metaphoricè de ipſo Meſſia intelligunt. Vnde anno poſt templi deſtructionem 52. Seductor iſte qui ſe Meſſiam dictitabat, juxta vaticinium Bileami בן כוכב *filium ſtellæ* ſe nuncupavit. Diſplicet autem Xaverio Euangeliſtæ Matthæi ſimplicitas, qua Magos ex Oriente adveniſſe Hieroſolymam narrat. Ornanda erat miraculoſis circumſtantiis narratio, exiviſſe ſigillatim quemque non conſcium alterius. inexpectatò autem in ſe mutuo incidentes, narraſſe propoſitum ſuum aliis alios, & camelis velocibus vectos iter ſimul promoviſſe. quæ non minus confidenter recenſet, quam ſi ipſemet itineris ſocius fuiſſet.

Audi ſucceſſum. Pag. 86. *Bethlehemum quum veniſſent ad locum ubi infans erat, Ioſeph ad eos exivit, atque interrogatus reſpondit, ibi eſſe. Venerunt, ubi Sancta erat Maria. Filium poſtremo invenerunt. Attonitos eos reddidit anguſtia loci, deſolatio, & ſolitudo & defectus*

Dddd *mini-*

ministrorum. ornamentum domus esse nidos aranearum, cunas regis præsepe quadrupedum. Virgo erat tum annorum quindecim. Institerunt apud eam, dicentes, Filium istum benedictum ostende, ad quem videndum & adorandum, ductu stellæ, longa via venimus. quod factum. An non miraris Lector, tam accuratè nostro innotuisse, primò Iosephum ipsis obviam prodiisse, secundò Mariam ipsis visam, ultimò Filium? & quos sermones cum Iosepho, deinde cum Maria seruerint? quodque scandalum ex domunculæ tenuitate, solitudine & araneis passi sint? Postremum hoc negabit nostro Nicephorus lib.1.cap.12. ubi quidem Mariam, quum Bethlehemum iret, neq; dum ad domum pervenisset, in agrum quendam, qui Salomæ erat, divertisse, & in humili tugurio peperisse fatetur, at postmodum in ipsam urbem, in domum Iosephi delatum fuisse infantem, ibique octavo die circumcisum. ex hac sententia invenerint eum potius Magi quinto die post Circumcisionem, ut dixit Noster, in domo Iosephi, ubi tanti scandali occasio non fuerit. Epiphanius certe nostro non assentitur, quem supra asserentem adduximus, Magos secundo demum anno ad Christum pervenisse, eumque non in spelunca ubi natus fuerat, sed in alia domo reperisse. Cur in rebus tam dubiis non tacet noster, & in vestigiis Matthæi consistere tutò amat? Expende & illud, Lector, quod Virginem tum annorum fuisse quindecim dicat. Supra asseruit, fuisse eam annorum 13 & mensium sex, quum Angelus Gabriel conceptionem Christi annunciaret, atq; eadem nocte, postquam assentiens dixisset, Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, protinus concepisse. addantur inde usque ad

partum menses novem, à partu usque ad adventum Magorum dies 13, colligetur fuisse jam annorum 14, mensium 3, & dierum 13. adeoque octo menses cum dimidio deficere ab anno decimo quinto. Justissima hæc est temerariorum merces, qui supra Scripturam audacter sapientes, quævis effutiunt, & sibimet contradicunt.

Quid porro Magi? Pag. 89. *Quisque tria apportaverat, aurum, thus & myrrham, & quisque illa obtulit. Atque eo veluti Sapientes indicarunt, quid de eo cognovissent. per Thus divinitatem ejus professi sunt: quia thus non nisi in sacrificiis Dei adhibebatur. per Myrrham, esse eum hominem mortalem. per Aurum, esse eum Regem suum & dominum. Deinde virgini sunt gratulati talem Filium, quæque de eo per inspirationem Dei cognoverant, prædicarunt. ut & vicissim Maria & Ioseph mysteria adventus Christi ipsis aperuerunt. atque ita, postulata à Maria discedendi venia, & à Filio comprecatione benedictionis, dataq; promissione se eum culturos, & quæ viderant omnibus annunciaturos, discesserunt. Nomina eorum sunt Melchior, Caspar & Balthasar. Post ascensionem Christi Apostolus Thomas in terras eorum venit, Euangelioque Christi prædicato, tres illos baptizavit, eosque cæteris qui ibidem magno numero Christum profitebantur, Episcopos præfecit. cum regnis enim sua relinquentes, paupertati se addixerunt, ut in statu paupertatis Regi regum melius servirent, quem in tanta viderant paupertate. Post mortem corpora ipsorum Constantinopolin fuere deportata. inde Mediolanum. hinc Coloniam, ubi ad hunc usque diem sepulchra ipsorum honorificè custodiuntur.* Audaciam hominis! Matthæus tria obtulisse eos dicit, an singuli tria

an singulus singula, non dicit. noster prius tanquam compertum asserit. Contra Beda, aliique Melchiorem aurum, Casparem thus, Balthazarem myrrham obtulisse ajunt. Et Hilarius Arelatensis de Epiphania: *In eo quod à Magis tria offeruntur, Trinitas intelligitur. in eo vero quod tres uni, & singuli singula offerunt, in Trinitate unitas declaratur.* quæ tamen & ipsa frivola. Et quorsum, quod Patres quidam curiosa nimis anagoge de mystico auri, myrrhæ & thuris sensu conjectarunt, tanquam divinum Gentibus obtrudit? Thus, inquit, divinitatem innuebat, quia non nisi in sacrificiis Dei offerebatur. offerebatur sane in suffitu, & in oblatione Minhæ, Levit. 2. 1. præterquam, quum esset expiatoria pro peccato, sive ad commemorationem peccati. tum enim thus interdictum erat, Levit. 5. 11. Num. 5. 15. Cur non ergo potius hinc colligit, thus designasse spiritualem Christi suffitum, quo tanquam sacro odore preces nostræ Deo acceptæ redderentur? nec quicquam certius, quam ad usus etiam politicos adhiberi solitum fuisse thus. Solebant utique Iudæi capitis supplicio afficiendis vinum præbere בקרט לבנה כדי שתטרף דעתם *cum grano thuris, ut abripiatur mens eorum.* quæ hîc divinitatis significatio? Myrrha, inquit, mortalem eum hominem esse designabat. quia scilicet condiendis cadaveribus myrrha adhibebatur. At longe alio sensu Psal. 45. 9. omnes vestes Christi dicuntur esse myrrha, aloë & cassia. cur non ergo & Magi myrrhæ oblatione spiritualem Christi fragrantiam denotarint? Per aurum, inquit, Regem eum & dominum agnoverunt. at inquam, per omnia tria id agnoverunt. regibus enim non auri tantum sed & aliarum rerum munera

dari solent. cur non vero speciatim aurum obtulerint, ut inopiæ ipsius consulerent, in ipsoque omnes nostras divitias sitas esse docerent? Quis non & alias plures ejusmodi anagogas comminisci posset, quas tanquam Dei verbum Ecclesiæ obtrudere, profani animi esset? unde autem novit noster, quos sermones Magi, Ioseph & Maria inter se reciprocarint? & nomina eorum quis Angelus aut spiritus revelavit? & Episcopos eos ab Apost. Thoma fuisse designatos, deinde post mortem in hæc vel illa loca delatos, quis dignus author tradidit, ut fides his divina, aut sane cum ratione aliqua habeatur? Hoc vere deturpare est Euangelicam doctrinam. adeo ut Baronius ac Barradius, quibus alias fabulæ satis sæpe allubescunt, hasce nugas ne recensere quidem sint dignati.

Perge, benevole Lector, patientem nugis præbere oculum. *Quidam*, inquit, *ex Sacerdotibus, nomine Simeon, Legisperitus erat & Iudæorum doctor, qui in Schola Hierosolymitana Sacros libros interpretabatur. quumque ad illa Esaiæ verba venisset, Ecce* עלמה *concipiet & pariet, & ex voce illa* עלמה *post attentam considerationem modi Scripturæ Hebraicæ cognovisset, fore ut virgo in statu virginitatis pareret, errorem Scribæ esse affirmavit, & ne discipulis error cresceret, delevit* Vau, *ne ex his literis tenerentur credere, virginem manente virginitate parituram. At postridie in Scholam reversus, erasam literam restitutam reperit. erasit denuo. denuo restitutam invenit. id tertio factum. quum autem timens Dei esset, summis ab eo votis contendit, arcanum illud sibi ut detegeretur. Angelus præmissa gravi increpatione, quod Scripturas interpolare fuisset ausus, annunciat fore ut vere virgo in statu*

virginitatis pariat, utque eam & Messiam oculis intueatur ante mortem. Ita contigit. Quum enim Christus in templum esset deportatus, instinctu Spiritus eo venit, & Mariam filiumque videns, humanissimè & cum lacrymis ipsi filium istum est gratulatus. Nescio an Christianus sit, cui animus ad tam turpe commentum non horret. Tantamne impietatem in Sacrum Dei verbum commiserit probissima illa anima? & tertium repetiverit? Laudo Iesuitam Barradium, cui hæc displicent. refert Concord. Euangel. tom. I. lib. 10. c. 2. Beauxamen ex Egesippo isthæc narrare. at se ea apud Egesippum non reperisse, & certe esse apocrypha. At Xaverio sunt Euangelica. qui porro ineptè narrat literam Vau fuisse erasam, quum Beauxames referat id de he Emphatico dictionis התלכה. Vnde vero tu, ex Sacerdotibus, & Doctorem legis eum fuisse certus es? sic quidem opinati sunt Cyrillus, Epiphanius, paucique alii. At negant Euthymius, Theophylactus, & alii. quibus assentitur Barradius Concord. Euang. l. 10. c. 2. Et cum Lucas κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου *divinitus indicatum ipsi à Spiritu S. fuisse* narret, cur tu Angelum ad eum missum dicis? ex Nicephoro id habes. Sed tanquam apocryphum & falsum Barradius id merito rejicit. & unde lacrymæ ejus tibi innotuerunt, Xaveri? Baronius & Barradius eas ignorarunt.

Paris temeritatis est quod sequitur. Pag. 98. *Anna Prophetis creditur docuisse filias quæ in templo educabantur, & speciatim Virginem Mariam educasse, ac cum ea sermones multos conseruisse, quoniam per gratiam Dei compererat fore ut ex ea Messias nasceretur. Hæc quoque in templum venit, Deumque laudavit. In hujus memoriam,*

sub

sub Iustiniano Cæsare anno circiter quingentesimo septuagesimo à nativitate Christi, festum fuit in urbe Constantinopoli celebratum. Cum enim ibi innumeri, frustra medelam facientibus Medicis, morerentur, humiles Virginem interpellatricem implorarunt, addita promissione, si ab hac mortalitate liberarentur, istum se diem festum habituros. cessavit ilico pestis. actum itaque festum. quod & in aliis quibusdam urbibus obtinuit. postea anno octingentesimo octuagesimo octavo mandato Papæ Siricii in toto Christianismo invaluit. Mos hujus festi talis est: Coactis Christianis, cereum quisque ardentem manu tenet, quem Magnus Pater (id est Pater Provincialis, prout ipse hic autor noster in Epistola sua Leodii edita explicat) *comprecatione benedictionis super eum nuncupata manu sua dat. & summo cum decore ab una Ecclesia ad aliam ambulatur, aut ambitus Ecclesiæ circuitur, in memoriam istius motus, quo Virgo, Ioseph, Anna, Simeon & alii se ad Sanctum locum moverunt, ubi secundum religionem suam Deum colerent. Cerei ardentes quos manu tenent, signum sunt fidei vivæ in Christum.* Nihil magis frivolum, nihil magis religioni templi Hierosolymitani adversum, quam filias in eo fuisse educatas. Fateor Epiphanium quoque ita sensisse, quum in libro Ancorato dicit, *Virgines fuisse in templo, eo quod consecrati essent in templo primogeniti filii masculi ac fœminæ.* At de fœminis primogenitis magnus error est. solos enim masculos primogenitos Deus sibi sacros exceperat, non ex hominibus tantum, sed & ex bestiis, ut disertè liquet ex Exod. 13. 12. 13. At nec masculi primogeniti, etsi Deo essent sacri, templo erant omnes consecrati. Solis id Levitis erat peculiare, prout & Samuelem, peculiari modo templo

devo-

devotum, fuisse Levitam constat ex 1 Paral. 6.28. ideoque nullum legimus in templo fuisse locum educandis filiis destinatum, multo minus filiabus. Nihil quoque ergo falsius, quam Annam educationi puellarum in templo fuisse præfectam. Quis Mariam ab Anna educatam fuisse ullis vel verisimilibus rationibus edocuit? Plane illud in hac historia prætereunt Baronius, & Barradius. qui l. 10. c. 8. sub finem encomia Annæ profert ex Ambrosio, Fulgentio, Origene, & Hieronymo, sed in quibus nihil horum est, quæ noster effutit. Et quis credet, nisi ineptissimus, compertum ei jam fuisse fore ut ex Maria Messias nasceretur, antequam id Angelus Gabriel detexerit, adeoque super ea re sermones inter Annam & Mariam jam ante fuisse satos? Summæ autem est impudentiæ, eum qui historiam Iesu Christi, & quidem ex Euangeliis, scribere profitetur, inserere de festo quod primum quingentis, deinde nongentis fere post natum Christum annis à Papis est institutum, præsertim ob pestem non per Christi, sed per Mariæ intercessionem curatam. adeo ægre est his Antichristi mancipiis, soli Christo illibatam relinqui suam gloriam, nisi Mater ejus magnam & Sacræ Historiæ & Christi gloriæ partem occupet. Porrò noster anno à nato Christo 570, Baronius Annal. tom. 7. ann. Christi 544, ortam hanc sub Iustiniano pestem tradit. Et quamvis historiam illam tradiderint Procopius & Euagrius, quorum ille eodem illo tempore vixit, hic paulo post, fatetur tamen Baronius, neutrum vel miraculi, quo intercessione Virginis pestis desierit, vel festi ea occasione instituti mentionem facere. recentiorum ergo hoc est commentum. Cum autem noster

dicat, anno deinde 888, Papæ Siricii mandato festum hoc in toto Christianismo invaluisse, Baronius ait, hujus festi diei in Occidente Gelasium Papam fundamenta jecisse. & fuisse hypapanti ὑπαπάντη vocatum, nempe humilem occursum Simeonis, cum Deipara Iesum Christum in templum intulit. Hujus festi ὑπαπάντης institutionem Imperatori Iustiniano tribuit Nicephorus l. 17. c. 28. Quod autem illud deinde à Papa Syricio omnibus Christianis mandatum noster asserit, consistere non potest. Siricius enim plusquam toto seculo Iustinianum antecessit, quippe qui vixit anno 385. Iustinianus vero ann. 527. & deinceps. At ann. 888. Papa fuit Stephanus VI. Adeone etiam Mogolensium intererat de cereis audire, quos vivæ in Christum fidei signum esse prædicat? Quid est, si non hoc est, διαστρέφειν τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας; *pervertere vias Domini rectas?* S. Cœnæ institutionem, quam ipse Servator, ut vivæ nostræ in se fidei signum esset & fomentum, instituit, in hoc libro penitus omnino, ne minima quidem ejus facta mentione omisit, inutiles autem cereos, de quibus ne hiscere quidem Spiritus S. in verbo suo est dignatus, tanquam vivæ fidei signum Gentibus commendat. at quomodo signum? vivâ, credo, flammâ quam edunt. at edere hanc possunt sine Patris Provincialis benedictione. quorsum ergo ea hîc additur? & quorsum processiones istæ ab Ecclesia ad Ecclesiam, aut per Ecclesiarum ambitus? egregius hic est dolus, præclara ῥᾳδιουργία, has rerum inanimatarum consecrationes, & superstitiosas processiones Euangelicæ Christi historiæ inserere, ut Euangelicam apud Gentes fidem, tanquam à Christo institutæ, repe-

 riant.

riant. Diſce hîc autem Lector, proceſſionum originem. à Maria, Ioſepho, Simeone & Anna eam traxerunt, qui ſe ad templum colendi Dei gratia moverunt. Ridiculum. an templi ambitum circumambularunt? aut à templo ad templum, quum unum tantum eſſet, ſunt progreſſi? aut etiam cum pompa & cereis?

Pergit author. Pag. 101. *Ioſeph & Maria Nazaretham revertuntur. Sed dudum domi quieſcere non licuit. juſſit enim Angelus in Ægyptum fugere. quod factum. & ſeptem ibi hæſerunt annos.* Dubium eſſe fatetur Barradius Concord. Euang. l. 10. c. 8. an à diſceſſu Magorum & purificatione Mariæ, Ioſephus cum Maria & Infante primum Nazaretham, deinde Ægyptum petierit, quod ex Euang. Luca conjicitur c. 2. ℣ſ. 39. habetq; multos ex Veteribus & Recentioribus aſſertores. an vero rectà in Ægyptum fugerit, inde Nazaretham ſit reverſus, quod Matthæus ſatis clarè docere videtur cap. 2. ℣ſ. 13. 14. 22. 23. laudatumque eſt ab Auguſtino, Beda, Cajetano, Ianſenio & aliis. Poſterior hæc ſententia magis veriſimilis videtur Barradio. Noſter autem, nihil hæſitans, priorem tanquam indubitatam aſſerit. Rurſus noſter Ioſephum ſeptem in Ægypto manſiſſe annos aſſerit. Epiphanius, duos tantum. vide tom. 1. lib. 1. hæreſi 20. Nicephorus ait, *Triennii exilium apud Ægyptios toleraſſe.* lib. 1. c. 14. de ſeptem annis legitur in Meditationibus Landulphi Carthuſiani in Matth. c. 2. quæ citantur apud Sixtum Sen. Bibl. l. 3. pag. 185. alios etiam ſententiæ hujus authores profert Barradius lib. 10. c. 9. qui tamen quinq; tantum aut ſex annos peregrinationi huic tribuit. Elegit Xaverius quod libuit, & tanquam planum aſſeruit.

Audi nunc Lector, quo Scripturæ loco Noſter fugam Chriſti in Ægyptum probet. *Prædixit*, inquit, *fugam illam propheta Ieremias, quum de Chriſto verba faciens dixit, Quare Domine peregrinaris in terris peregrinis?* Nota Lector, peſſimè locum citari & detorqueri. Verba ſunt Ier. 14. 8. & apud Vulgatum ſic habent, *Quare Domine quaſi colonus futurus es in terra?* ubi terra non Ægypti intelligitur, ſed Iſraëlis, & conqueritur Eccleſia, Deum non in aliena ſed in ſua terra in modum coloni ac peregrini ſe gerere.

Jejuni porro videntur hîc Xaverio Euangeliſtæ, qui nec ubi in Ægypto commoratus fuerit Chriſtus, nec ullum miraculum narrant. Noſter melius exſatiat Gentilium animas. *Commorati ſunt*, inquit, *juxta urbem Memphis. Fons ibi eſt, in quo Virgo involucra infantis abluebat. ex eo fonte irrigua redditur terra, ex qua naſcitur balſamum, quod totus mundus admiratur. Scriptum exſtat, quum terræ iſtius incolæ voluerunt hortum iſtum augere, atque in eo arbores balſami multas plantarunt, nullos arbores iſtas dediſſe fructus, donec excogitarunt, Si aquæ in quibus Dominus Ieſus ejusque involucra abluta fuere, arbores iſtas attingerent, frugiferas fore. Cum itaque rivum horti in rivum ex fonte Chriſti aſcendentem ita derivaſſent, ut ex ambobus unus factus eſſet rivus, univerſa illa terra, aquas iſtas experta, abundantiſſimos fructus tulit.* Commoratos eos vult Noſter ad urbem Memphis. at Landulphus loco citato, *ad quandam civitatem Ægypti quæ vocatur Heliopolis.* quæ non fuit Memphis, ſed inter Alexandriam & Coptum ſita, Soli dicata. unde Eſa. 19. ℣ſ. 18. עִיר חֶרֶס *urbs Solis*, & Ierem. 43. 13. בֵּית שֶׁמֶשׁ *domus Solis* dicitur, quum Memphis dicatur מֹף Hoſ. 9. 6.

& נף Esa.19.13. ex utroque fit Memphis. Abulensis, & Heliopoli & Babylone Ægypti, quæ Memphis est, vult habitasse. Borchardus, inter Heliopolin & Memphim, medio ferè loco, qui Mataræa dicitur. Sozomenus, Hermopoli oppido Thebaidis. de quibus vide Barradium lib.10. c.9. Nostrum puduit, aut locum, quod fecerunt Euangelistæ, tacere, aut dubitanter quid proferre. itaque audacter asserit, quod maximè arridet. Suavis enimverò fabula est de fonte Christi. Si enim sordida ejus involucra fontem tanta imprægnarunt fœcunditate, ut vicinos agros fertiles redderet, quid non ab ipso Christo exspectandum foret? At nos Pontificiis miraculum hoc relinquimus. Nos verbo Dei inhærentes, primum Christi miraculum in Cana Galilææ factum credimus, asserente id Euangel. Iohanne c.2. vers.11. & virtute verbi ac Spiritus Christi fœcundari animas nostras, quam virtute sordium ejus fœcundari aquas, malumus. Autores fabulę qui cupit, videat Barradium lib.10. c.9. recentes esse videbit, nec aliunde illam quam ex superstitione haustam. allegat quoque eam Baronius ad Christi annum 1. Sed notandum quod fatetur ipse Sect. 46. *Sunt & alia*, inquit, *multa de his, quæ tum in itinere, tum etiam cum manerent in Ægypto, contigisse dicuntur, quæ quoniam firma carent authoritate, libentius silentio præterimus, &c. Accepta putamus ab Apocrypho illo de infantia Salvatoris libello, qui leg. Eccles. est interdictus.* Hui! quantum ab hac Baronii modestia (quæ tamen non ubique eadem) abest noster Xaverius, qui quę firma carent authoritate, quin & Ecclesiasticis legibus sunt interdicta, intrepidè Mogolensibus affirmare audet!

Sequitur de Herode. *Herodes*, inquit, *reditu Regum Orientalium frustra exspectato, cogitavit, non reperisse eos quem quærebant, ideoque præ pudore aliam cepisse viam. Eo tempore ipsi cum filiis suis lis erat. quumque à Cæsare vocatus Romam pace facta rediret, in via nunciatum ipsi, Reges istos, navi vectos, & prædicantes quæ viderant, in terras suas rediisse. Iratus præcepit ut naves istas incenderent. ac Hierosolymam vadens infantem istum quæsivit. quum enim ex nuncio cognovisset, fuisse eum in templum adductum, & quorundam testimonio Messiam haberi, committendum non putavit ut grandesceret. misit itaque qui Bethlehemi & in circumjacente territorio infantulos interimerent. Hinc contigit, ut & filius ipsius, qui prope Bethlehem educabatur, imprudenter interficeretur. quamobrem Cæsar Octavius, cædis hujus famâ audita dixit, Domi Herodis porcum tutiorem esse. Istos infantes, qui Christi causa interempti fuere, in censu martyrum habemus, & Christianismus eos magno habet in honore.* Quid non audet Xaverius? unde novit, Herodem initio fugam Magorum in bonam partem fuisse interpretatum? unde, navi vectos, & quę viderant prædicantes fugisse? allegat Iesuita Barradius l.10. c.10. qui id asseruerunt. Sed parum verisimilitudinis habere fatetur, & rationibus refellit. Quodque noster, Herodi id fuisse nunciatum, ait, quum ob litem cum filiis Romam ivisset vocatus à Cæsare, & incendi naves jussisse, Baronius ad ann.1. Christi, commentum, confictum, falsum esse asserit, & ex Iosepho probat, iter Herodis Romam in tempus nativitatis Christi non incidisse. assentitur ei Barradius. & ambo negant vocatum à Cæsare ivisse, sed sponte, accusaturum suos filios, testante id Iosepho.

unde etiam ſcivit, Herodem primò Hieroſolymæ quę-ſiiſſe Chriſtum? otioſorum hominum hæc ſunt figmenta. Nec fidem meretur quod de educato in terra Bethlehemitica Herodis filio, ibidemque imprudenter cum cæteris interfecto, refert. Narrat quidem author Ethnicus Macrobius Saturn.l.2.c.4. *Auguſtum, cum audiſſet, inter eos, quos in Syria Herodes rex Iudæorum inter bimatum juſſit interfici, filium quoque ejus occiſum, dixiſſe, Melius eſt Herodis porcum eſſe quam filium.* Sed prope Bethlehem educatum fuiſſe, finxit Xaverius, aut quiſquis ſit ex quo habet. Neque imprudenter fuiſſe occiſum dicit Macrobius, ſed ſatis clarè innuit, conſcio & jubente Herode id factum, atque inde Auguſti dicterium eſſe profectum. ubi obiter addere viſum eſt, Perſica, quæ vertimus, *Neſcio illo, filium ſuum eſſe,* verti oportere, *abſque ut ſciretur, filium ejus eſſe.* liquet ex Ioſepho, etiam alios ſuorum filiorum jam ante neci tradidiſſe Herodem, etſi de hoc infante taceat. Quod autem Eccleſia Romana infantes iſtos Martyres fecerit, & annuo feſto honoraverit, ſuperſtitioſum eſt, neque verbo Dei nititur. eſt ergo & Herodis filius martyr, quippe qui, ut cæteri, Chriſti cauſa quoque periit.

Pergamus. Pag. 109. *Solebant,* inquit, *Ioſeph & Maria tribus feſtis majoribus Hieroſolymam ex lege proficiſci. Feſta illa ſunt, Paſchatis, Pentecoſtes, & Encæniorum. quod poſtremum inde ortum, quod altare ab Antiocho Epiphane profanatum & deſtructum, denuo exſtruxit Machabæus.* Turpe hoc eſt Authoris noſtri ſphalma. Trium enim magnorum feſtorum, de quibus Exod. 23.14. & Exod.34.18. tertium dicebatur, חַג הָאָסִף *feſtum collectionis frugum,* alias חַג הַסֻּכּוֹת *feſtum tabernaculorum,*

non

non ſub Epiphane, ſed diu ante à Moſe inſtitutum, & 15. menſis Tisri celebratum. Encęniorum autem, ut rectè ait noſter, menſe qui Perſis dicitur Adur, & reſpondet Hebræorum Kiſleu, ejuſque 25. celebrabatur. Si itaque non ſtudioſâ malitiâ hoc eſt allatum, ut Encęniis Pontificiorum ex ipſo Dei verbo patrocinium eſſe Indi putarent, inſignis eſt rerum divinarum imperitia.

Audiamus rurſus Noſtrum. Pag. 110. *Quum 12 annorum eſſet Chriſtus, parenteſque ſuos Hieroſolymam ad feſtum eſſet comitatus, reverſis illis ac neſciis, manſit Hieroſolymæ. Cauſa, cur neſciverint, hæc fuit. Iudæi feſta adeuntes, quum ad deſtinatum templi locum venirent, mulieres à viris ſejungebantur, & quæque turba ſuâ ibat viâ. Parvuli autem ad annum uſque decimum quartum eligebant, cum matribus ne an cum patribus ire cuperent. quum itaq. Ioſeph & Maria conjuncti non incederent, putavit quiſque puerum alteri adeſſe. Non invento, reverſi ſunt Hieroſolymam, nec ante tertium diem repererunt. Illis duobus aut tribus diebus quibus à matre abfuit, conſilio & alimento opus habuit. noctu in pauperum ædibus degebat, interdiu mendicando, quod neceſſarium erat, comparabat.* Quis non, his lectis, tantam exhorreſcat audaciam? Separatæ utique erant mulieres à viris in templo, dum Sacra fierent. illæ enim in atrio mulierum, hi in atrio Iſraëlis conveniebant. at extra templum in ipſo itinere ſejunctas à maritis fuiſſe uxores, ſolaſque fœminas diſtinctis à viris gregibus inceſſiſſe, ut inſulſum eſt & iniquum, ita obtinuiſſe apud Judęos non credimus. ut nec alterum illud, liberum fuiſſe parvulis ad annum uſque 14 eligere, patrum ne an matrum ductui

ſubeſſe

ſubeſſe vellent. nihil magis rectæ rationi adverſum dici poſſet. Quid, quod ipſi S. hiſtoriæ adverſari noſter non erubeſcit? Lucas enim cap. 2. 44. ait, *Ioſephum & Mariam exiſtimantes eum eſſe in comitatu, iviſſe viam diei, & requiſiviſſe eum inter cognatos & inter notos.* ſimul ergo erant Ioſeph & Maria, non ſejuncti ab invicem. neque putavit alter adeſſe eum alteri, ſed ambo putarunt adeſſe eum comitatui cognatorum & notorum, à quo ambo procul erant. Quocirca Baronius ad ann. Chriſti 12. Bedam, fabulę iſtius authorem, ex Euangelio jure refellit. Sed magis horreo, quum hîc in magnam fidei Chriſtianæ ignominiam Servator noſter Gentibus mendicus depingitur. Barradius Concord. Euangel. l. 10. c. 15. allegat quidem nonnullos Pontificios, qui Chriſtum hoc triduo oſtiatim mendicaſſe aſſeruerint, ſed & alios opponit, qui id ſtrenuè negarunt. Ipſi quoque veroſimilius videtur, aliquo alio modo naturę feciſſe ſatis. Noſter vero, impudentioribus potius adhęreſcens, quid vero ſimilius ſit, non ſpectat. Tanti ſcilicet intererat, Mendicantium fratrum Ordines & inſtitutum, turpe licet & Chriſtiano nomini ignominioſum, ſtabilire, ut propterea Chriſtus ipſe probroſus Gentibus eſſet reddendus.

Vide nunc, ut Iohannem Baptiſtam nobis depingat. Pag. 117. *Aſcendit,* inquit, *cum veſte pœnitentiali camelorum, barba longa, capillis magnis & corpori incumbentibus, admodum debilis & macilentus, ambabus maxillis depreſſis, zonâ pelliceâ ſuper lumbos, capite & pedibus nudus. licet 30 annorum juvenis, præ macilentia tamen annoſum ſenem referebat.* Videbatur ſcilicet Iohannes

nes Xaverio ab Euangeliſtis adeò leviter, tenuiter, & inconcinnè depictus, ut ni alios ei colores induxiſſet, ſorduiſſet apud Indos.

Explicaturus autem verba Iohannis, *Hic eſt agnus Dei,* &c. Pag. 122. ait, *Peccatorem in V. T. pro expiatione peccati agnum unius coloris & immaculatum offerre, ſanguineque ejus ſe ipſum ungere eſſe ſolitum.* Sua fide hoc aſſerit, non S. Scripturæ. ubi immaculatam beſtiam, id eſt, defectu carentem, non unicolorem poſtulat Deus. Nec unquam permiſit, ut ipſe peccator offerens, ſanguine hoſtiæ ſe ipſum ungeret. neque etiam ut à Sacerdote ungeretur. Ipſo die anniverſariæ expiationis propitiatorium, & altare holocauſti ungebatur ſanguine, non populus. multo minus in ordinariis ſacrificiis. Semel tantum Moſes univerſum populum ſanguine aſperſit, ad fœdus cum Deo ſanciendum. Exod. 24.

Cur vero à Iohanne baptizatus fuit Chriſtus? Pag. 125. *Vt,* inquit, *baptiſmus quem Iohannes adminiſtrabat, clarus redderetur, & ad baptiſmi adminiſtrationem, quæ quaſi janua ſit ad ſalutem, aditus fieret. atque aquæ, ex attactu Chriſti, ad admirandam iſtam quæ in baptiſmo eſt impreſſionem, vires adipiſcerentur.* Sua dicit, non Dei. Nuſquam baptiſmus Iohannis à baptiſmo Chriſti ſic diſtinguitur, ut non illius, ſed hujus tantum janua ad ſalutem fuerit. quomodo enim inſtrumentum pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum non ſit janua ad ſalutem? Et ſi baptiſato Chriſto aquæ ex attactu virtutem ſalutiferę impreſſionis nactæ ſunt, quoſcunque exinde baptizavit Iohannes, eâdem virtutis impreſſione baptizaſſe neceſſe eſt. at purum putum

est figmentum, quod de viribus, ex attactu Christi, aquæ inditis nugatur. Admirandam fateor impressionem habet baptismus. sigillum enim Dei est, quo mentibus suorum virtutem mortis Christi expiatricem & sanctificatricem imprimit. Sed quod virtutis impressionem facit, non est aqua, sed Spiritus Sanctus, applicans in baptismo fidelium cordibus vim istam mortis Christi, & per aquæ ablutionem obsignans. somnium sibi fingit & idolum fabricat, qui ex attactu corporis Christi baptizati, aquam vim spiritualem concepisse arbitratur, quam illa transfundat, & baptizandorum animabus imprimat. omnes ne aquæ virtutem istam habent, an solæ Iordanis quæ corpus Christi contigerunt? si omnes, & si ex attactu corporis Christi, cur denuo bis in anno benedicuntur baptismi fontes in Papatu, & adhibito oleo ac chrismate, additoque presbyteri attactu & consecratione arcetur inde omnis spiritus immundus, & sanctificatur aqua, ut sit fons vivus, aqua regenerans, unda purificans? Videatur quoq; Abulensis, non vulgaris inter Pontificios Scriptor, ad cap. 3. Matth. quæst. 74. ubi vim regenerativam à contactu carnis Christi aquis collatam, solidis argumentis confutat.

Quomodo autem Iohannes Christum baptizavit? Pag. 125. *abluit eum,* inquit, *manu sua, injiciendo aquam in caput ejus.* Extra Scripturam hoc est, quæ simpliciter testatur baptizatum fuisse à Iohanne, ac deinde ascendisse ex aqua. intraverat ergo in aquam, adeoq; immersum potius videtur corpus in aquam, quam aqua capiti aspersa. Dubia certe res est. noster tamen antiquum audaciæ morem obtinens, quodlibet asserit.

Venia-

Veniamus ad tentationes Christi. Pag. 126. & 129. *Dum Christus esset in deserto, Diabolus,* inquit, *exploravit negocia Christi, suspicatus an forte hic esset promissus Messias. quædam enim fidem faciebant: alia negare videbantur. Forma itaque viri devoti & religiosi Christum adiit, præmissaque salutatione blanda & amica, laudavit eum super jejunii exercitio duraque vita. utilius tamen facturum, si relictis jejuniis inter homines versaretur. Et apertè agens, si tu es, inquit, Filius Dei, ut videtur, consentaneum non est, ut temet ipsum egestate perdas, sed appetitum tuum sedes. neque est quod ad excusandum te dicas, panem non habeo, nec scio quis habeat. si filius Dei es, jube ut hi lapides panes fiant.*

Deinde in extremitatem turris templi eum transtulit. erat autem turris illa altissima, ac sub ea confluxus hominum. Dixit Christo, non rectè facis quod te occultes. necesse omnino est, ut te homines cognoscant, ut ex doctrina & moribus tuis emolumentum capiant. si itaque filius Dei es, te ipsum dejice. Cui Christus sic respondit, ut Diabolus obstupuerit, ac pudore suffusus magis sitiverit scopum suum assequi.

Reportavit itaque Christum in idem desertum unde abstulerat, & in montem sublato mundi regna ostendit, indicatis cujusque regni terminis & situ, ac dixit, omnia hæc regna mea sunt, hæc omnia tibi do, si, &c. Id est, tu mihi dicere renuis quis sis, Ego tibi dico quis sim. Ego Lucifer sum, id est Lator lucis Domini totius mundi, atque omnia mihi parent. Te quidem Filium Dei esse arbitrabar, sed secus cognovi. dixisse enim oportuisset, & quod necessitas ferebat fecisse. Veruntamen te virum maximum habeo, summoque honore dignum. quamobrem quæ penes me pro

hujusmodi hominibus sunt, tibi omnia dare cupio & actu do, ea lege ut me adores. Christus sic respondit, ut Diabolus retrocesserit, Angelique descenderint, ac cibum ipsi attulerint, quem comedit. Parum abest ab impietate hæc S. Scripturæ interpolatio. dum enim succinctam Euangelistarum narrationem, tanquam exsuccum quid & exangue, verbotenus referre nostrum puduit, ludicre amplificavit, & verè risui exposuit. Dubius adhuc hæret Diabolus, sitne hic Messias an non, & tentare eum parat, ne fluctuet amplius. Specie viri religiosi & devoti Christum adoritur. quod non ab Euangelistis, sed à pictoribus noster didicit, quibus ut quidlibet audendi semper fuit æqua potestas cum Poëtis, ita Diabolum, Christum tentantem, Monachi cucullati specie insignire solent. id jam Indis per Xaverium Euangelicum fit. Carthusianum citat Barradius Concord. Euangel. tom. 2. c. 3. qui, *accessit*, inquit, *in forma visibili & humana, & forte in forma hominis religiosi, ut simulata sanctitate circundatus, citius falleret.* hæsitantis est illud *forte.* at noster nusquam hæret. Barradio displicet fabula, qui eum potius personam gessisse opinatur, quæ vel Dæmonis, vel Angeli naturam indicaret. Et unde habes Xaveri, Diabolum colloquendi exordium à laudibus jejuniorum atque austeræ Christi in deserto vitæ fecisse? Et quis te docuit, habuisse templum turrim altissimam, sub qua magnus fuerit hominum confluxus? an πτερύγιον *ala* seu *pinna* templi, cujus in hac historia apud Euangelistas mentio fit, altę turris fastigium tibi est? Disce itaque à nobis, fuisse peribolum sive ambitum, מַעֲקֶה Hebræis dictum, quo ex lege Deut. 22. ỷ f. 8. planum domus tectum circundabatur, ne in eo ambulantes deciderent. Planum quidem, fateor, non erat templi tectum, sed utrinque non nihil devexum, ut pluviam demitteret. habuisse tamen peribolum sive loricam, liquet ex Misnah in Middoth cap. 4. sect. 6. quę lorica trium tantum cubitorum altitudine à tecti imo assurgebat. fastigium autem, tecti fastigium adæquabat. adeo ut tecti elevatio trium tantum fuerit cubitorum. turris nulla in templo fuit. Ophel enim, quę ingentis altitudinis turris erat, extra templi murum erat sita. Quod si altius aliquod templi fastigium cupis, habe כלח ערב *arcens corvum*, id est tæniam quæ corvos aliasque aves à templi tecto arcebat, eratque, ut ex eodem loco Middoth apparet, unius tantum cubiti, adeoque tecti loricæque fastigium non nisi uno cubito superans. quam tu ergo hic turrim somnias? Et quum Matthæus ac Lucas simpliciter dicant, fuisse Christum translatum à Diabolo in montem altum, unde nosti fuisse montem istum in eodem deserto unde eum abstulerat? Barradius Conc. Euang. t. 2. l. 2. c. 5. varias sententias adfert, statuentibus Pontificiorum aliis, in eundem montem fuisse translatum, ex quo Deus Mosi terram promissionis demonstraverat. Aliis in montem prope Jericho, duobus milliaribus distantem à deserto Quarantana, in quo 40. diebus ac noctibus jejunaverat. Aliis rursus in ipsissimum illum montem in quo jejunaverat. ac fatetur rem esse dubiam, ac incertam, nec magni momenti. At nostro nihil dubium. Adeone vero familiaris es Diabolo illi qui tentavit Dominum, ut ex eo resciveris, Luciferum fuisse dictum? eo nomine Princeps vobis diabolorum venit. non utique S. docente Scriptura, ubi Lucifer est vel aurora, sive stella

stella auroræ nuncia, Iob. 11. 17. & 38. 32. vel Rex Babyloniæ veluti stella matutina elucens, Esa. 14. 12. vel doctrina Euangelii, 2 Pet. 1. 19. Princeps diabolorum Beelzebub in verbo Dei vocatur, non Lucifer. Et sicut nihil verbum Dei moratus, quo libet nomine Diabolum insignis, ita & quod libet dicentem introducis. inter quæ præclarum illud, quod cum Christum Filium Dei esse negaret, præclarum tamen, summoque honore dignum virum fateretur. Si ulla penes te fuisset verbi Dei reverentia, puduisset illud ineptis hisce commentis dehonestare. An parum tibi aptè locutus videtur Spiritus Sanctus? verba ejus sunt apud Euangelistam, *Venerunt Angeli & ministrarunt ipsi;* tua autem, *& cibum ipsi attulerunt, quem comedit.* Miror, non dixisse te, quod est apud Bonaventuram de vita Christi cap. 14. *Cibum nunc è domo Virginis Deiparæ, jussu Christi, ab Angelis allatum.* Opinatus es nempe, id fuisse ministerii genus ipsi præstitum. at liberum ne tibi, opinionem tuam pro verbo Dei Gentibus obtrudere? quid si transtulerint eum, ut solito loco cibum inveniret? nonne tutius erat & certius, vestigia Spiritus Sancti premere?

Non minor est audacia in sequenti. Pag. 138. *In Cana*, inquit, *Galilææ inter consanguineos Virginis nuptiæ fiebant. Sponsus erat Iohannes, qui miraculo mutatæ in vinum aquæ cognito, sponsam suam non attigit, sed virgine relictâ, consensu ejus Christo se discipulum addixit, atque in perpetua castitate persistens, unus ex 12 Apostolis evasit, Christo carissimus.* Historia harum nuptiarum extat Iohan. 2. 1. &c. ubi nec Consanguineorum Virginis Mariæ, nec Iohannis, nec derelictæ virginis sponsę

ulla

ulla mentio. Impudentissimum itaque est commentum, non ob aliam causam Mogoranis propositum, quam ut turpissimus Ecclesiasticorum cælibatus sacro aliquo exemplo niti videretur. Deseruisse Iohannem navigium, retia & patrem Zebedæum vocante Christo, legimus Matth. 4. 21. 22. at non vocante, sponsam suam deseruisse, sua sponte, nuptiis jam celebratis, fabula est, fidei Christianæ probrosa, & divinæ conjugii sanctioni adversa. Quas autem Xaverius Iohannis, eas Nicephorus lib. 8. cap. 30. Simonis Cananæi nuptias fuisse affirmat. pari uterque audacia. Videat de hac re, qui vult, Barradium tom. 2. l. 3. c. 1. ubi expensis variorum sententiis, fueritne harum nuptiarum sponsus Iohannes, an non, ipse secus quam Xaverius in negativam fertur. Sed & Baronius ad Ann. Christi 31. num. 30. affirmativam certis argumentis refutat. ut & Toletus ad cap. 2. Iohann. Annotat. 13. Miror utique, ut ausus fuerit pro Euangelio venditare Xaverius Iesuita, quod alii Iesuitarum doctissimi falsitatis arguunt.

Pag. 145. dicit noster, *Festum Paschatis 14 mensis lunaris fuisse celebratum.* Error est. decimo quinto debuit dicere. decimus quartus enim erat parasceve, sub cujus finem בֵּין הָעַרְבַּיִם *inter duas vesperas* mactabatur agnus. at non edebatur, adeoque ipsum festum paschatis non inibat, nisi ipsa vespera, quæ initium erat diei decimæ quintæ. Hinc apud Hebræos quatuor hæ Paschatis leges Vulgatæ sunt הפסח אינו נאכל אלא בלילה ואינו נאכל אלא עד חצות ואינו נאכל אלא למנויו ואינו נאכל אלא צלי : *Pascha non editur nisi nocte, & non nisi usque ad medium noctis, & non nisi à certo numero, & non nisi assum.* Nox

hæc

hæc diei erat decimę quintę, non decimæ quartę, ex ritu Judęorum qui menses habebant lunares. Verum ex ritu Romanorum, quibus menses sunt solares, quique à noctis meridie naturalem diem inchoant, poterat vespera illa manducationis agni ad decimumquartum diem referri. At noster expressit mensem Lunarem. quod non mirum, quum Sixtus Senensis Biblioth. Sac. l.6. Annot.110. testetur, *Decretum Ecclesiæ Latinæ asserere, Christum luna decimaquarta agnum edisse paschalem, ut & cæteros Iudæos.* fallitur ibi Ecclesia Latina. si enim decima quarta luna mactandus erat agnus, ut est Exod. 12. 6. sequenti autem nocte edendus, ibid. ℣s.8. decima quinta luna edendus erat.

Pag. 154. *Christus solum Petrum baptizavit. Petrus reliquos Apostolos. hi omnes alios qui in Christum credebant.* Nihil solidi habet hæc assertio. S. Iohannes 4.1. asserit, Christum ipsum non baptizasse. unde ergo Petrum baptizasse scitur? & quidem solum? fictum id ab iis qui primatum Petri fulcire ambierunt. Fateor apud Nicephorum lib. 2. cap.3 legi, *Divinus Euodius, qui & ipse Apostolorum successor fuit, in commentariis suis, præcipuè autem in Epistola quam Lumen inscripsit, hæc quoque posuit: Christus, inquiens, manibus ipse suis Petrum tantummodo baptizavit. Petrus porro Andream & filios Zebedæi. ii deinceps reliquos Apostolos. Septuaginta autem illos Petrus & Ioannes Theologus dictus baptizarunt.* Sed quæ ex Euodii illa Epistola, nulli veterum visâ, Nicephorus recens, & nugacissimus scriptor refert, in acta Euangelica referre velle, est verbum Dei turpissimè conspurcare. Si vera narrat Euodius, cur ab eo dissentit noster? à Petro

enim

enim reliquos Apostolos baptizatos ait, quum Euodius Andream tantum & filios Zebedæi, & ab his cęteros. A cæteris Apostolis noster omnes alios qui in Christum credebant, quum Euodius septuaginta discipulos à solis Petro & Iohanne Theologo baptizatos velit. ita nullus audaciarum & repugnantiarum finis, quum à verbo Dei abitur. Porro qui plura de Petro à Christo baptizato cupit, videat Baronium ad ann. Chr. 31. Num. 40. Et contra eum Casaubonum Exerc. 13. sect. 24.

Pag. 158. ait, *Vrbem Samariam, quæ regni decem tribuum sedes fuit, & præstantia ac religione cedere Hierosolymæ noluit, dictam fuisse olim Sichar.* Adeo nugis aliorum scriptorum intentus fuit Xaverii animus, ut ad S. Scripturam diligenter attendere non vacaverit. Iohannes enim cap. 4. ℣s.5. dixit, *Venisse Christum ad urbem Samariæ* (id est Samaritani territorii) *quæ dicebatur* (nempe tum temporis, non quæ olim dicta fuit) *Sichar.* dicta olim fuerat Sichem, habebatque in vicinia Fontem Iacobi, ipsa distans ab urbe Samaria duabus circiter leucis. *παροράσια* itaque hîc est & imperitia.

Pag. 177. ait, *Naamanem petiisse duodecim bubalorum onus de terra Israëlis.* quum in sacris legatur tantum *duorum.*

Pag. 186. *Quum grex porcorum in mare esset deturbatus, timuisse,* ait, *pastores, eo quod porci ad principes istius territorii pertinerent.* Audaciæ est id asserere, quum de hac historia non nisi ex Euangelistis constet, qui circumstantiam istam silent.

Pag. 190. ait, *Matthæum fuisse Architelonam.* deinde pag. 193. *conversum omnia dedisse pauperibus.*

 Vtrum-

Vtrumque audacter præter Scripturam dicitur. neque tale quicquam proferunt Baronius, aut Barradius.

Pag. 193. ait, *hæmorrhoussam fuisse fœminam nobilem.* Et hîc tacet Scriptura.

Pag. 194. *Vbi servi Iairi hero nunciassent exspirasse filiam, Iairum* ait *gratias Christo ob sumtos labores egisse, ac veniam discedendi postulasse, quo mortuam sepeliret.* Figmentum est Xaverii.

Pag. 198. ait, *Hierosolymæ locum fuisse, qui lingua Hebræa piscina dicebatur.* Quis nescit Latinam vocem esse Piscina? Iohannes κολυμβήθραν vocat, & Hebraicè Bethesda dici ait.

At unde Piscina ista tam salutaris fuit ægris? *Fertur,* inquit, *hanc sanandi virtutem in ista aqua fuisse Crucem Christi. hanc enim ex ligno, quod Magnus Salomo in hac piscina abdiderat, quodque tempore Christi supernatabat, effecerunt, atque in ea Christum suspenderunt. à quo tempore virtutem sanatricem aqua ista amisit.* Spurcum hoc est mendacium, à ligni crucis idololatris confictum, adeoque Christianæ fidei ignominiosissimum, quæ non in corruptibili crucis signi substantia, sed in incorruptibili ipsius crucifixi virtute, quippe cujus vibicibus curati sumus, sanitatem quærit. Fabulam istam ex Comestore Magistro refert Barradius tom. 2. l. 6. c. 2. sed addit, *Parum vel nihil autoritatis habet hæc narratio, apocrypha est, & ut ipse Magister ait, non est authentica.* Adde Toletum, qui in cap. 5. Iohan. Annot. 4. *Illud,* inquit, *de ligno, est sine ulla authoritate dictum, imo vanum ac falsum est.* Xaveriano tamen palato ita sapuit, ut sanctissimæ Euangelistarum historiæ intexi mereretur.

Pag. 206. asserit, *Davidem & Socios in domum Dei intrasse, ac panes propositionis edisse.* Non id asserunt Euangelistæ. & repugnat historia 1 Sam. 21. 1. Solus David intravit. at acceptis panibus adiit itineris socios ubi delitescebant, atque eos participes reddidit.

Pag. 213. *Pauperem Spiritu esse, tres gradus,* inquit, *habet. quorum postremus est, ut quicquid habet pauperibus det, seque prorsus evacuet, quo se totum bono applicare queat.* Expositio hæc in usum Monasteriorum est & Fratrum mendicantium. nec habet authorem Spiritum Dei, qui suos, si pauperes sint, solatur, at sponte pauperes esse non jubet. Et quis credat, posse eum qui nihil habet melius se bono applicare, quam qui habet unde perpetuo aliis faciat bene? *Pauperes,* inquit Servator, *semper habebitis vobiscum.* Ergo reliquis, quantum fieri potest, danda est opera ut non sint pauperes, sed habeant unde semper pauperes alant. &, *beatius est dare quam accipere.*

Pag. 245. *Hæc verba Christi, si vultis accipere, ille Elias est qui venturus erat,* ait, *ipsum Christum postea sic declarasse, ut sensus sit: Sicut scriptum est fore, ut antequam Christus ad judicium mundi veniat, Elias veniat, & adversus Antichristum doceat: sic Iohannes eadem potentia jejuniorum venit ante Christum, qui nunc vobiscum est.* Potest ne major excogitari audacia, quam Christo tribuere quæ nunquam dixit, & S. Scripturæ, quæ nusquam extant? ubinam illa Christi declaratio legitur? ubinam scriptum est, venturum Eliam antequam Christus ad judicium mundi veniat, & adversus Antichristum docturum? Extat vaticinium Mal. 3. ỳs. 23. *Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, antequam veniat*

dies Domini magnus & terribilis. ſed non alium hunc eſſe à Iohanne Baptiſta liquet, non tantum ex verbis Angeli Luc. 1. 17. verum & ex his ipſis Chriſti verbis, *Si vultis accipere, hic eſt Elias qui venturus erat.* qui itaque ex Malachiæ vaticinio alium à Iohanne Eliam adhuc fingunt, qui circa ultimi judicii diem adverſus Anti-Chriſtum diſputet, vani ſunt, & apertis Chriſti verbis adverſantur.

Pag. 249. Hiſtoriam peccatricis Luc. 7. ſic enarrat. *Venit Ieſus Hieroſolymam, in qua urbe erat mulier è civitate Bethania, nomine Maria Magdalena, ſoror Marthæ. Divites erant ambæ. Pater earum Sirus, mater Eucheria vocabatur. frater ipſis Lazarus. Maria hæc Magdalena juvenis erat, pulchræ formæ. quumque ſine patre educata eſſet, vaga vixit & pro arbitrio. conſpici amabat & diligi, eòque omnia dirigebat. Splendidè ſe atque ornatè amiciebat, adeo ut improba in urbe audiret. Soror ejus Martha, à quo tempore à ſeptennali ſanguinis profluvio ſanata fuerat, in Chriſtum crediderat, ſemperque annixa fuerat ut Mariam ad frugem adduceret. quumque nihil proficeret, efficere tandem cogitavit, doctrinam Chriſti ſemel ut audiret. fieri poſſe, ut in corde ejus doctrina cæleſtis operaretur. Et ut eam moribus Chriſti pelliceret, Totus, inquit, mundus audiendi gratia eum adit, pulcherrima facie eſt, & in dicendo ſuaviſſimus. Quum jam monenti paruiſſet, Chriſtus volens eam ab oblectamentis mundi avertere, ſermonem ſuum ſtatui ejus accommodavit, & de mundi inconſtantia, de peccatorum turpitudine, deque pœnis inferni verba fecit: additoque prolixo ſermone de magnitudine miſericordiæ divinæ erga peccatores, animum ejus adeo preſſit, ut aliam plane mentem induerit. opportunè*

tunè tum contigit, quod iſthoc die à Phariſæo quodam ad convivium invitaretur Chriſtus. qui quum locum hunc domui iſtius peccatricis vicinum eſſe noſſet, addixit, &c. Quid non audet Xaverius? Hieroſolymæ contigiſſe unctionem iſtam vult, cum ex Luc. 7. ℣ſ. 11. collato cum ℣ſ. 37. ſatis appareat, in urbe Galilęæ Naim contigiſſe. Barradius Concord. Euang. tom. 4 l. 8. c. 12. varias de loco ſententias referens, ait, alios velle Nazarethæ, alios Bethaniæ, alios in civitate Naim rem geſtam. de Hieroſolyma nemo ſomniavit. Barradius fatetur, veriſimilius eſſe, rem in Galilæa eſſe geſtam. Baronius ad ann. Chr. 32. num. 23. & 24. ne quidem de hoc ambigit, ſed penitus aſſerit. Noſter etiam Simonem hunc Phariſęum Hieroſolymæ juxta domum Peccatricis habitaſſe vult, cum pleriq; Pontificiorum velint, eundem hunc eſſe cum Simone Leproſo, qui Bethaniæ habitabat, Matth. 26. 6. Porro, peccatricem hanc quæ unxit pedes Chriſti, vocatam fuiſſe Mariam, non dicit Lucas, multo minus Mariam Magdalenam. Vnxit pedes Chriſti Ioann. 12. Maria ſoror Marthæ. ſed unxit Bethanię, hęc autem peccatrix in Galilęa. eandem utrobique fuiſſe mulierem non eſt veriſimile. ut nec Mariam Marthę ſororem cognominatam fuiſſe Magdalenam, ex qua narrant Euangeliſtę ſeptem ejecta fuiſſe Dæmonia. Et fatetur ipſum Breviarium Romanum ad 22 diem Iulii, *De Maria Magdalena non parvam eſſe doctiſſimorum & graviſſimorum virorum controverſiam, quibuſdam res quaſdam geſtas de quibus eſt in Euangelio, ad unam mulierem referentibus, aliis ad plures.* de quo videat, qui vult, Sixtum Senenſem S. Biblioth. lib. 6. Annot. 109. Baronium ad ann. Chr. 32.

num. 17. & ſequent. At noſter nuſquam hæret, & in rebus maximè dubiis tanquam ex tripode quidvis dictat Mogolenſibus. Quod ſi alia ab hac peccatrice fuit Maria ſoror Marthę, nonne improbus in optimam & piiſſimam fœminam Xaverius eſt, qui eam velut impurum ſcortum traducit apud Gentes? aliam fuiſſe, Nicephorus diſertè dicit lib. 1. cap. 27. ubi quoque patrem Lazari fuiſſe Simonem Leproſum, in libris Apocryphis apertè tradi aſſerit. ex quo ergo noſter habet, patrem ejus & ſororum fuiſſe Sirum, matrem Eucheriam? Hauſta hæc ſunt ex Legenda, quam ſcripſit homo ferrei oris & plumbei cordis (ut loquitur Vives) Iacobus de Voragine, qui patrem etiam Syrum & matrem Euchariam nominat, & reliqua habet quæ Ieſuita pro Euangelio miſeris infidelibus obtrudit, ut eos fabulis detineat. Porro, Mariam nobis juvenculam depingit, quum Ianſenius ex aliis referat (quem ſequitur Barradius tom. 2. l. 8. c. 13.) nupſiſſe eam viro Magdali incolę, poſt mortem autem viri corpus impudicitiæ dediſſe. Vnde vero habet, Martham à ſeptennali ſanguinis profluvio fuiſſe beneficio Chriſti ſervatam? Eſt quidem apud D. Ambroſium in lib. de Salomone cap. 5. *Dum largum in ſanguine fluxum Chriſtus ſiccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, &c.* Verum Barradius Conc. Euang. tom. 2. l. 5. c. 24. & Baronius ad ann. Chr. 31. num. 74. Ambroſium ajunt agere de hęmorrhoüſa illa, quæ duodecennali profluvio laboraverat, Matth. 9. verſ. 20. Quam tamen ipſam fuiſſe Martham, negat Baronius. Vnde autem ſermones Chriſti novit, quibus peccatricem, antequam in domum Phariſęi intraſſet, inſtituit? unde, Chriſtum ſe Phariſæo convivam addixiſſe, quia domus ejus domui peccatricis vicina eſſet? Placent Xaverio hęc commenta. miror, ſi perinde aliis.

Pag. 314. Duobus in locis aſſerit, *Chriſtum 72 diſcipulos ſegregaſſe.* Secutus nempe in eo Vulgatum Interpretem Latinum, quum Græca exemplaria ſequi oportuiſſet, quę uno conſenſu 70 dicunt. vide Eraſmum ad Luc. 10. 1. Addo Syrum, Arabem, Æthiopicum Interpretes, qui non aliter quam 70 legerunt.

Pag. 318. aſſerit, *Non Mariam tantum ſed & Martham ad pedes Chriſti ſediſſe, ut verba ejus audiret. tandem ſurrexiſſe, convivii apparandi cauſa.* quę utique apud Lucam non ſunt, ſed afficta. vide Luc. 10. 39.

Pag. 325. *Credi* ait, *dum Chriſtus Iohan. 8. in pulvere ſcriberet, unumquemque adſtantium peccata ſua in iſtis lineis legiſſe.* Haimonis hæc eſt ſententia. quam ſequi noſter maluit, quam vel Euthymii, vel Bedę, vel Ambroſii, quorum varias ſententias habes apud Sixtum Senenſ. S. Biblioth. lib. 2. in titulo *Ieſu Chriſti Digitea Scriptura.* Sed magis nobis probatur ipſe Sixtus, qui, quid Chriſtus ſcripſerit, neque Euangeliſtam ait aperire, neque promtum eſſe cuiquam definire. Modeſtiæ itaque laudem inveniſſet Xaverius, ſi Euangeliſtę veſtigiis inhęrens, nihil definiviſſet.

Pag. 342. aſſerit, *Galilæos fuiſſe qui Chriſto nunciarunt, Pilatum Galilæorum ſanguinem miſcuiſſe ſacrificiis.* Lucas ſimpliciter dicit, *quoſdam fuiſſe.* unde noſter novit Galilęos fuiſſe? & cur non potius Judęos, qui id Chriſto contemptim nunciarint, ut Galilęos, quos dedignabantur, majores ſe peccatores eſſe inde arguerent?

Pag. 354. Pertractata parabola filii prodigi, sic prosequitur noster. *Hoc tempore fama Christi per universam terram divulgata est. & ad Abgarum Edessæ regem, quæ nunc Horphæ nomine clara est, & à Ierusalem 20 dierum itinere abest, miracula ejus pervenerunt. Hic Leprosus cum esset, misit qui Epistolam suam ad Christum deferrent, quæ hujus erat argumenti: Audivi de vitæ tuæ sanctimonia, & miraculis quæ edis. Iudæos autem tibi internecionem moliri. nihil mihi felicius continget, quam si in hanc terram concedere digneris. regni mei dimidium tibi polliceor, meque te dignam acturum vitam, si tuo adventu regionem nostram nobilitas. Misit una pictorem peritum nomine Ananiam, qui effigiem ejus extractam adferret, si ipsum Christum venire non contingeret. Venientibus occurrit Christus, ex cujus conspectu multo magis quam ex fama ejus obstupuerunt, multumque institerunt, secum ire ut dignaretur. Ille renuens, scripto Regis in hunc modum respondit: Gratias ago, quod me tantopere videre desideres. discedere hinc non convenit. ob perditas enim Israëlis oves veni. illis me adesse oportet, illas docere, & complere quod de me scripserunt Prophetæ. ubi autem in cælos ascendero, ex discipulis meis unum mittam, qui te viam salutis doceat, & à morbo quo teneris sanet. Deus te custodiat. Ibi tum Pictor omni studio figuræ exprimendæ incubuit. Sed quum sæpius expressisset, opusque absolutum crederet, multum dissimile reperit, seque maceravit, quia id aliquoties evenit. Misertus ejus Christus, acceptumque ab eo linteum per faciem transferens, veram vultus sui effigiem ei impressit, ac per pictorem Regi donavit. qui eam summo cum gaudio accepit, & cum honore servavit. Postea Apostolorum unus in regnum ejus profectus,*

Christianum eum reddidit, maximamque regni partem in fidem Christi traduxit. Hanc effigiem supra urbis portam collocavit. & quoties in angustias redactus, hostium in urbem impressionem reprimere amplius non valeret, ostentavit hanc effigiem, quæ protinus furorem hostium retudit, & retrocedere coëgit. sic se aliquamdiu res habuit. Deinde longo intercedente tempore Constantinopolin delata est illa effigies, hinc in Italiam in urbem Genua, ubi etiamnum exstat. Monemus Lectorem, eandem hanc historiam in limine præfationis, etsi non tam prolixè, recensitam quoque ab authore fuisse. Hanc Abgari, vel Abagari, vel Augari (his enim modis legitur) sive historiam sive fabulam, primus, ni fallor, Eusebius lib. 1. Histor. Eccles. cap. 14. in lucem protulit. Et si cui hîc habenda fides, Eusebio esset, qui se hasce Epistolas ex ipsis Edessæ archivis depromptas, è lingua Syriaca in Græcam transtulisse ait. Ne quis tamen Catholicus fidem adhibeat, vetat Gelasius I. Papa, qui non universam modo Eusebii Pamphili historiam, sed nominatim duas hasce Epistolas, Abagari ad Christum, & Christi ad Abagarum, apocryphas, Catholicis vitandas, & ab omni Romana Ecclesia eliminatas pronunciat, ut in primo tomo Conciliorum, & in Decretorum libro Distinct. 15. videre est. quî ergo ausus est Xaverius hæc tanquam Euangelica historiæ infarcire? Si enim fide tenentur Mogorani historias hasce amplecti, in fide errasse Papam & concilium necesse est, & impium esse Pontificis hoc Decretum. quod qui fatetur, Ecclesiam Romanam & Pontificium subvertit regnum. Sin rectè decrevit Papa, spuriis Xaverius contaminat Sacra, Mogoranis imponit, & Pa-

pam ſpernit. Adeo eſt propagandę veritatis Euangelicæ ſtudioſus, ut mendaciis etiam, publico Capitis Eccleſiæ, ut ipſe tenet, judicio damnatis, rectè id fieri arbitretur. Improbarunt quoque has Epiſtolas Bellarminus de Script. Eccleſ. ad ann. 34. Coſterus Enchir. cap. 1. & Canus Loc. Theol. lib. 11. c. 6. Nemo autem, quod ſciam, Veterum tempus præciſum definire auſus fuit, quo hæc contigerint. At noſter, quem nihil latet, exactè contigiſſe novit, poſt allatam à Chriſto parabolam filii prodigi. Ita & Leproſum Abgarum fuiſſe novit, quum Euſebius, Nicephorus, Cedrenus aliique generatim incurabili morbo laboraſſe dicant. Novit & Pictori nomen fuiſſe Ananiam. in quo tamen aut noſter fallitur, aut Nicephorus lib. 2. cap. 7. & Cedrenus pag. 142. qui id Curſoris nomen fuiſſe ajunt, cui deferendas literas Rex dedit, & pictorem comitem addidit: ſed quid moratur Xaverius, verum dicat, an falſum, modo credant Mogorani? Alias hîc dat Epiſtolas, quam quæ ſunt apud Euſebium. confer Lector, & videbis. Quaſi melius norit noſter quid Abgarus & Chriſtus ſcripſerint, quam ipſa Edeſſæ Archiva. Citat eaſdem Cedrenus dicto loco, ſed ad amuſſim Euſebium ſequens. niſi quod in reſponſoria Chriſti ad Regem addat, *Thaddæum mittam, qui vitam æternam & pacem tibi tuisque præbebit, & urbs tua ab omnibus hoſtibus tuta ac invicta fiet.* quæ non ſunt apud Euſebium, nec apud noſtrum. Sed poſtrema promiſſio de tutela urbis extat in M. S. Epiſtola Arabica, tractatulo cuidam præmiſſa, in quo Origenis, Regiorum ſive Orthodoxorum, Neſtorianorum, Iacobitarum, Arrianorum, Armenorum, aliarumque multarum ſectarum opinio-

nes de Trinitate & perſona Chriſti paucis conferuntur, eſtq; ex Bibliotheca amici noſtri D. Ioh. Eligmanni mihi commodata. quam, quia immenſum à cæteris variat, hîc addere non gravabor. Sic habet.

رسالة سيدنا المسيح الي ابجر ملك الرها بعث يقول له
انا ايشوع المسيح ابن الله الحي الازلي الي ابجر الملك بمدينة
الرها السلام لك انا قايل لك طوباك انت وخير يكون
لك وطوبانية في مدينتك الذي يقال لها الرها اذ لم تراني
امنت بي طوباك انت وشعبك الي الدهر السلام والحب
يكثر في مدينتك والايمان بي النقي يشرق فيها والعلم في
ازقتها انا ايشوع المسيح ملك السما اتيت الي الارض
لكي اخلص ادم وحوا ونسلهما وبعث له سبعة حرف
يونانية * الاول اني باختياري اتقدم الي الالم والصليب *
الثاني اني ليس بانسان لطيف بل الاه تام وانسان تام *
الثالث اني رفعت الي الشارفيم * الرابع انا الازلي وليس
الاه غيري * الخامس اني صرت مخلص لبني البشر *
السادس من اجل حبي لادم * السابع انا حي في كل
حين دايم الي الابد * وبعثها له وكتبها سيدنا المسيح
بيده بعث يقول له انا امرت بامراضك واوجاعك واسقامك
تبرا وتشفي وخطاياك فتغفر لك وحيث ما وضعت رسالتي
عليه ولا يقدر قوة العدوا المعانده المخالفه تدنوا اليك
وتكون مدينتك مباركه عليك الي الابد وهذا السبع
الاحرف الذي بعتها سيدنا المسيح الي ابجر ملك الرها عن
الاهوتية والناسوتية وانه الاه تام وانسان تام له المجد دايما ،

Quæ ſic interpretamur. *Epiſtola Domini noſtri Chriſti ad Abgarum regem Edeſſæ. Miſit, dicens ei; Ego Ieſus Chriſtus, Filius Dei vivi æterni, Abgaro regi in urbe Edeſſa, pax tibi. Ego dico tibi, Beatus es, & bene eſt tibi, & beata eſt civitas tua, quæ dicitur Edeſſa. quum non videris me, credidiſti in me. beatus es, & populus tuus in æternum. Pax & charitas multiplicetur in civitate tua, & fides in me ſincera illuſtris fiat in ea, & ſcientia in plateis ejus. Ego Ieſus Chriſtus Rex cæli veni in terram, ut ſervem Adamum & Evam & progeniem eorum. Et miſit ipſi ſeptem dicta Græcè. Primum, Ego voluntarie adeo paſſiones & crucem. Secundum: Ego non ſum homo ſimplex, ſed Deus perfectus & homo perfectus. Tertium, Ego evectus ſum ad Seraphim. Quartum, Ego æternus, & non eſt Deus præter me. Quintum: Ego factus ſum Servator hominum. Sextum: propter amorem meum erga hominem. Septimum: Ego vivo in omne tempus, ſemper, in æternum. Miſit illam, eamque ſcripſit Dominus noſter manu ſua. & miſit, dicens ei, Ego præcepi de ægritudinibus tuis, & doloribus tuis, & morbis tuis, ſanator & curator. & peccata tua remittantur tibi. Et ubicunque collocaveris hanc epiſtolam meam, non valebit poteſtas hoſtium adverſantium & oppugnantium accedere ad te, & erit civitas tua benedicta propter te in æternum. Hæ ſunt ſeptem ſententiæ, quas miſit Dominus noſter Chriſtus Abgaro Regi Edeſſæ de divinitate & humanitate, & quod ille ſit Deus perfectus & homo perfectus. Ei laus ſit in æternum.* Vides novam plane Epiſtolam, ineptam, & nullius fidei. Eò labitur ſuperſtitio, ubi ſemel extra Verbi Dei pomœria vagari auſa eſt, ut quidvis ſibi fingere permittat, quo rem Chriſtianam juvari autumet. Inter quos

nulli cedit Xaverius. Quam quæſo fidem meretur fabula de pictore, & Chriſti effigie? Euſebius, πολυΐστωρ ille, & curioſus Eccleſiaſticarum rerum indagator, trecentis & circiter triginta à nato Chriſto annis, nihil de hoc inaudiverat, nihil tale in Edeſſæ archivis, quæ aut ipſe viſitaverat, aut viſitari curaverat, repererat. ſequioribus ſeculis, quibus imaginum cultus vigere cepit, excogitatam fabulam omnino eſt veriſimile. Beatam autem Genuam, quæ tam præclaræ imaginis eſt νεωκόρος! Infelices hoſtes, qui unquam Genuam ſunt oppugnaturi! continget iis credo, quod Coſroæ Edeſſam oppugnanti, ut ad conſpectum iſtius imaginis terga vertant. Hoc certè modo veneranda Mogoranis fit Italia, quæ tantum ſola theſaurum gerit: modo dicenti Xaverio credere illi velint. Non enim adeo ſunt ſtupidi, ut hoc Euangelicum non eſſe neſciant, & magnis, in re tot fraudibus obnoxia, opus eſſe argumentis, quibus genuinam non ſpuriam eſſe Genuenſem illam imaginem probetur. Sed hæc fortaſſis in altero ſuo libro prolixè deducit Xaverius. Infallibiliter tamen Genuæ eſſe aſſerere non poteſt, quum Baronius Ann. 944. Romam perlatam dicat, ibique hactenus coli titulo S. Sylveſtri.

Pag. 370. Pro, *Dic Eccleſiæ*, habet noſter, *Dic primario Eccleſiæ. & ſi eum etiam non audit, ſit tibi velut Ethnicus & publicanus.* An non hîc ſacrilegus audiat Xaverius? an falſarii crimen effugere poteſt? Excuſationem mereretur, ſi Commentatoris vice fungens, verba Chriſti, *dic Eccleſiæ*, de Eccleſiæ primario intelligenda dixiſſet. Error Xaverii, malè Scripturam interpretantis, is dici potuiſſet. At nunc hiſtoricum

agens narrat, Christum dixisse, *dic primario Ecclesiæ.* quæ pura falsitas est, & mendacium contra conscientiam. quid est, si non hoc est κυριεύειν τῆς πίστεως, *dominari fidei?* κατακυριεύειν τῶν κλήρων, *dominari sortibus Domini?* Christum enim τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν, *fidei ducem ac consummatorem*, non quæ ipsius sed quæ sua sunt loquentem facit. Tanti scilicet erat Pontifex Romanus, ille Ecclesiæ, si credere fas est, primarius, ut in ejus gratiam Christus ipse falsandus esset. Cor Xaverii non hic rectum fuit coram Domino. resipiscere debuit ab illa malitia sua, & rogare Deum, si forte remitteretur ipsi imaginatio cordis sui.

Pag. 369. Pro, *& in sinum Abrahæ detulerunt*, quod legitur Luc.16.22. dixit, *in domicilium Abrahami & reliquorum quiescentium.* Verebatur enim, ne per *Sinum Abrahæ* intelligerent Indi locum quietis & felicitatis, in quo omnes pii, & Abrahæ per fidem filii, patri suo Abrahæ juncti, tanquam in sinu quodam quiescerent & refocillarentur, vi fœderis cum Abrahamo & veris ejus per fidem posteris initi. quod quoniam limbo fictitio Patrum parum conveniebat, qui Inferno junctus nihil refocillationis præbet, substituit, *domicilium Abrahami & reliquorum quiescentium.* ex quibus verbis, neque Abraham ut Pater Lazari, neque Abrahę consortium ut locus refocillationis intelligi potest. quæ improba est perfidia.

Pag. 385. Quod Marcus simpliciter dixit, Bartimęum cœcum, à Christo vocatum, surrexisse, & ad Christum venisse, Noster ait, *cadentem ac surgentem, quippe qui inter currendum impingeret, ad Christum venisse.* quia vilis nimium videbatur futura Euangelistę narratio,

narratio, nisi isto Xaverii pigmento fuisset exornata. quasi currere cœcus nemo posset, nisi subinde caderet.

Pag. 385. *Christus*, inquit, *sex ante Pascha diebus Bethaniam venit, ubi Lazarum è mortuis suscitaverat. Apud Martham & Mariam divertit. at in vicinia habitabat Simon quidam Leprosus, qui eum domum suam deduxit, & convivium fecit.* Confer. cum Matth.26.6. Iohan.12.2. videbis quid de suo audacter addiderit. Vide etiam Barradium tom.3. l.7. c.2. num.6. ubi ad verba Euangelistæ, *Fecerunt autem ei cœnam ibi*, invenies Toletum & Lyranum statuentes, Incolas Bethanię fecisse hoc convivium communi consensu. Euthymium, Chrysostomum & Theophylactum, à Maria & Martha factum. alios, à Maria, Martha, & Simone Leproso. noster soli Simoni tribuit, quod Euangelista pluribus.

Pag. 389. *Asina*, inquit, *ejusque pullus*, de quibus Matth.21.2. *hunc usum habebant, ut pauperes atque impotentes iis vecti, Hierosolymam ascenderent, deinde reducerent.* Quod quidam fortassis est opinatus, noster tanquam compertum Euangelicę historiæ attexit. paris audaciæ est & illud, *Christus primum asinam, tum pullum conscendit.* ut & illud

Pag. 429. *Signum filii hominis in nubibus appariturum est Sancta Crux.* At Marcus cap.13. ỷs.26. & Luc. cap.21.27. Matthęum sic interpretantur, ut signum Filii hominis futurum sit, *ipse Filius hominis veniens in nube cum potentia & gloria multa.* In his acquiescere debebat, qui non vult φθείρεσθαι ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστὸν, *corrumpi & degenerare à simplicitate quæ est in Christo.*

Pag.

Pag. 442. *Christus*, inquit, *ad Apostolos venit, & voluit pedes ipsorum lavare ac linteo abstergere, initio facto à Petro.* At Iohan. 13. 5. 6. legitur, *Cœpit lavare pedes discipulorum & extergere linteo. venit ergo ad Simonem Petrum, &c.* quæ hunc potius habent sensum: Quum jam cœpisset pedes discipulorum lavare, & ad Petrum ventum esset, &c. Quod & Iesuita Toletus in Comment. ad hunc locum Iohannis benè animadvertit, dicens, *Particulam* ergo *probare atque indicare, Petrum non fuisse primum, cujus lavare pedes incepit.* Vbi vero legit, quod paulo post addit, *Christum flentem Petri pedes lavisse?* Et quid impulit, ut historiam lotionis pedum postponeret intinctæ? Secus quam facit Iohannes cap. 13. Item ut diceret, *Iudam exivisse post lotionem pedum*, quum Iohannes ℣ſ. 30. afferat, statim post acceptam intinctam id factum? Noster καπηλεύει τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, *cauponatur verbum Dei.* quid autem caupones non audent? Præsertim nescio quid hominem impulerit, ut Sacræ Cœnæ institutionem omnino præteriret. In cujus locum hæc substituit, initio pag. 442. *Scitote quod caro mea pro vobis tradetur, & sanguis meus effundetur pro remissione vestra & multorum aliorum.* Quod non nisi consulto factum dici potest, quoniam omissis Sacramenti signis, solam rem significatam tradidit.

Pag. 446. Quum verba Christi ad Petrum recensuisset, *Ego pro te oravi, ne fides tua deficeret. & tu conversus confirma fratres:* addit, *Ipse Christus Sermonem hunc illustravit & dixit, Nunquam fides Petri, qui primus Successor est, deficiet, & opus ejus est confirmare alios. Atque ita factum est. nam usque ad hodiernum diem nullus*

Papa, qui emanatio est ex vicario Petro, in fide defecit. Vbi frons tua, Xaveri? Si impudentissimum hoc mendacium nec Indis nec nobis detegendum unquam credidisti, oculos certe & tribunal Christi fuisses veritus, quem tu loquentem facis, quæ non tantum non dixit, sed nec cogitavit. Petrum primum successorem suum dixit Christus? ubi? quando? & quomodo successorem habet, qui ipse vivit in æternum, neque munere suo unquam desistit? At fac Petrum dictum fuisse Successorem, non propterea cæteri Papæ. neque verum est Papam esse emanationem ex Petro. multo minus, nunquam defecisse in fide. Papa Zepherinus Montani hæresin approbavit, teste Tertulliano contra Marcionem. Marcellinus, metu mortis adactus, idolis sacrificavit, teste Eusebio. Liberius & Felix secundus fuere Arriani, teste Hieronymo in Chronico, & in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Vigilius fuit Eutychianus. Honorius primus fuit Monotheleta, fatente Melchiore Cano in locis Comm. lib. 6. Stephanus Sextus damnavit omnia Acta Formosi antecessoris sui. contra Iohannes nonus damnavit acta Stephani: & rursus, Sergius tertius acta Iohannis noni & Formosi, teste Platina. Item Sylvester secundus fuit Necromanticus, & tandem à Diabolo turpiter occisus, teste Martino Polono. Sic Gregorius Septimus, teste Cardinale Bennone, omnium scelestissimus, & prorsus Atheus fuit. Iohannes vigesimus Secundus à Schola Parisiensi hæreseos convictus est, quod negaret animarum immortalitatem. Denique Iohannes vigesimus tertius, in Concilio Constantiensi Sess. 11. palam dicitur futuram vitam abnegasse. Jam mihi os

illud impudens vide, quod neminem Paparum erraſſe unquam in fide, aſſerere, & hiſtoriæ Euangelicæ inſerere audet.

Pag. 450. & 453. Bis aſſerit, cauſam cur Iudas oſculo Chriſtum deſignarit Iudæis fuiſſe, *quia Iacobus Alphæi filius ipſum adeo referebat, ut inter ſe confundi & unus pro altero capi potuiſſent.* non minus aſſeveranter quam ſi vidiſſet. & tamen fumos vendit Indis. ignoravit hoc Baronius Anni 34. num. 67.

Pag. 454. Alapam Chriſto tam validè impactam ait, *ut ſanguis è naſo effluxerit.* Auxit paſſionem Chriſti, fortaſſis mendacio.

Quater facit Petrum abnegantem. bis apud Annam pag. 454. ubi etiam contra fidem hiſtorię ignem in aula Annæ accenſum fingit, cum teſtibus omnibus Euangeliſtis, præſertim Iohanne c. 18. in aula Caiphę accenſus fuerit. Bis deinde apud Caipham, & quidem utramque abnegationem extorquente cognato Malchi, pag. 457. Satis profecto probroſa fuit Petro trina abnegatio. non opus erat neque æquum, quartâ augere ejus ignominiam. quod certe Pontificium hominem minime decebat, qui Petrum Pontificiæ ſedis præſidem jactat.

Pag. 457. Parum noſtro eſt pœnitentiam Petri ex Euangelio narraſſe. Addit, *exhinc uſque ad tempus mortis continuo in fletu fuit, ac lamentatus eſt. adeo ut ex calore lacrymarum ex oculis perpetuo manantium, facies ejus aduſta apparuerit.* Noli mirari Lector, auxiſſe Xaverium præter fidem Euangelicæ hiſtoriæ Petri pœnitentiam, quum præter ejuſdem fidem auxiſſet ejus peccatum.

Pag.

Pag. 461. *Iudam facti pœnituit. Cogitaverat enim: Dominus Ieſus ſe ipſum ab illis liberabit, quia valet viribus. & ego hos nummos gratis auferam.* Quid ſi cogitaverit, non poſſe Chriſto, integerrimæ vitæ viro, mortis crimen impingi: adeoque aut in carcere detenturos, aut loris cæſum dimiſſuros. quumque jam præter opinionem capitis damnatum videret, pœnituiſſe? Non erat Xaverii hîc quicquam definire.

Pag. 461. *Iudas, projectis in templum argenteis, quia Sacerdotes recuſabant recipere, aſcendit in ſummitatem arboris, ſeque ſuſpendit &c.* Laudandus hîc Xaverius, quod à fabulis, quas ſuper mortis Judæ modo varias adfert ex antiquis Baronius, prudenter abſtinuerit. Debuiſſet eadem prudentia ab arboris ſummitate abſtinuiſſe. Incertum enim, intra an extra urbem, ad arborem an ad domus trabem ſe ſuſpenderit. Et unde novit, projeciſſe Judam argenteos in templum, quia Sacerdotes recuſabant recipere, potius quam ut urgentis ſuæ pœnitentiæ vim oſtenderet? vehementer αὐθάδης eſt Xaverius, qui quicquid ſibi viſum eſt, ab Eccleſiis Gentilibus credi cupit.

Pag. 469. Flagellationem Chriſti ſic exornat. *Comprehenſum Chriſtum, in peculiarem locum abductum, denudatum, ac columnæ alligatum, è ſex viris flagellationi deſtinatis duo alternatim pelliceis ſcuticis ſic ceciderunt, ut ſanguis in terram defluxerit, caro corporis fruſtatim avulſa deciderit, & oſſa alba conſpicua fuerint. unum vulnus atque una plaga totus erat. & cognitum fuit, quinquies mille, ſeptingenta, octoginta & aliquot flagra fuiſſe inflicta.* Deinde pag. 469. *Coronam ſpineam capiti impoſuerunt. & cognitum fuit, ſeptuaginta duas ſpinas caput*

Iiii 2 vulne-

vulnerasse. & arundinem fractam in manus ejus dederunt. Quid non fingit & assuit S. Historiæ Xaverius ? quia scilicet Euangelistę passionibus Christi satisfecisse non videbantur.

Pag. 473. *Christo è domo Pilati egresso, ante eum ibant Regii Ministri. juxta eum Præco prædicabat, Hoc est mandatum Pilati nomine Tiberii Cæsaris, ut hic Iesus Nazarenus capitis supplicio afficiatur, quia homines seduxit, seque Regem & Filium Dei vocavit.* Humani cerebri hęc sunt, non Spiritus Dei.

Pag. 474. *Ibat Christus pedibus & capite nudus, nisi quod spineam coronam gestaret. Et dum isthoc pacto transiret, nobilis quædam fœmina Veronica dicta, è fenestra prospiciens, eumque agnoscens descendit, ac mæsta, misericordiæque plena accedens, linteum triplicatum capiti Christi applicuit, veniaque ab ipso impetrata benedictam ejus faciem mundavit. Aperto autem linteo, tres Christi effigies impressæ hæserunt, quarum una in Hispania in urbe Iahen in regno Portugalliæ reperitur, & multis eò confluentibus quotannis bis ostentatur, parique modo eminus & cominus videtur. Altera est Mediolani. Tertia Romæ.* Fabulam hanc esse, jam pridem viri eruditi, atque inter eos Rainoldus, demonstrarunt. Chiffletius de Linteis sepulchralibus Christi cap. 34. sudarium quoque Veronicæ laudat, sed cum nostro non ubique convenit. Veronica nostro *nobilis* est : illi solummodo *religiosa*. Noster, *eam è fenestra Christum adventantem vidisse*, ait, *ac descendisse* : ille, *stantem eam pro foribus domus suæ*. Noster, *ipsam Veronicam triplicatum linteum capiti Christi applicuisse, & impetrata à Christo venia, faciem ejus mundasse* : ille, *Lineum capitis sui peplum Christo*

Christo porrexisse, quo ipse faciem suam sudore & cruore diffluentem detergeret. Noster confidenter asserit, *aperto linteo tres vultus Christi effigies fuisse in eo conspectas.* Ille, ut dubium narrans, quod credere & non credere liceat, *Sunt*, inquit, *qui credant, Velum illud capitis Veronicæ oblongius, triplicatum fuisse, & imaginem divinitus impressam, triplicem suscepisse.* Addit, *quarum una servetur Romæ, altera Gienensi civitate Hispaniæ, tertia Ierosolymis.* Noster pro *Ierosolymis*, dicit *Mediolani*. Si rectè ille, noster Mogoranos fefellit. Sin uterque locus habet, quatuor jam effigies peplum susceperit. Barradius tom. 4. lib. 7. c. 10. triplicatum linteum plane ignorat, & unius tantum impressę ei imaginis meminit, quę Romæ asservetur.

Pag. 477. *Iohannes Mariam adiit, filiique casus enarravit. Illa cum aliis quibusdam mulieribus abiit, & stetit qua transiturus erat Christus. perculerunt eam confluxus hominum, splendor armorum virorum regiorum & vox præconis. Præcipuè autem filium in isto statu videns, & ab ipso visa obstupuit. nec ullo verbo facto, sed lacrymarum fluxu cordis statum prodens, ulnis eum complexa est, ac tantopere eum commovit, ut una cum matre, ex deliquio collapsâ, ipse quoque in terram ruerit. Iudæi eum truserunt ut surgeret. sed quoniam crucem gravem esse scirent, & sanguinis multum ex eo profluere, timuerunt ne forte in via moreretur, &c.* Mirum est nullum Euangelistarum horum quicquam aut oculis vidisse, aut à Spiritu S. didicisse. quid non comminiscitur audacia ?

Pag. 477. *In Golgotha*, inquit, *ajunt cranium Adami sepultum esse.* Æquumne erat, indubitatæ Euangelistarum historiæ inserere, quæ ipse fatetur solo niti rumore ?

more? & verisimile ne est, hîc Cranium, alibi autem reliquum Adami corpus sepultum fuisse? Hebronæ enim id conditum, sed perperam, volunt, ex malè à Vulgato interprete accepto versu ultimo capitis 14. Josuæ.

Pag. 478. *Crucifixuri Christum, pro ratione manuum ac pedum foramina, quibus claves infigerent, in cruce fecerunt. Manu itaque dextra ligno crucis imposita, ferreum clavum per volam adegerunt. unde effluens sanguis effecit, ut arefactis & contractis venis, quum per aliam etiam manum adigere vellent, foramen suum ea non attingeret. Summa itaque vi trahentes effecere, ut foramini suo aptari, & clavo figi posset. similiter pedem pedi imponentes clavum impegerunt. Tum crucem sursum elevantes, è manu dimiserunt, per quam crucis concussionem acres passus est dolores, ac vulnera fuere dilatata.* Parum abest, Lector humanissime, quin Euangelistas negligentiæ, invidię & injurię in Christum atque Ecclesiam Xaverius incuset, quod hęc tam illustria passionis Christi monumenta ne attigerint quidem.

Pag. 481. *Duo cum ipso crucifixi sunt latrones. unus conviciator ad sinistram, nomine Iustinus. alter pœnitens ad dextram, nomine Vicimus.* Credidit, opinor, Xaverius, fidem apud Indos non inventuram narrationem, si nomina latronum, & quis ubi pependisset, non exprimeretur. Fingere itaque maluit, quam tantę cum Euangelistis culpę reus esse, ut hęc indicata non extarent.

Pag. 482. Asserit, *Christum decimo quarto mensis die fuisse crucifixum.* Eodem scilicet errore quo supra de paschate. sed hîc minus ipsi condonando, quod ibi

cum

cum Ecclesia Romana sentiebat, hîc adversus eam. Sixtus enim Senensis S. Biblioth. lib. 6. Annot. 110. adversus Euthymium, qui idem quod hic noster sentit, urget, *Ecclesiam Latinam & fidem Romanam asserere, Christum luna decima quarta Agnum paschalem edisse, passum vero luna decima quinta.* Nos utrumque eodem die factum statuimus. prius quidem die initium capiente, alterum vero protinus à cœna peracta usque ad diei finem. Diem vero intelligimus naturalem, non civilem. Xaverius ergo & rei veritati, & Ecclesię Romanæ hic repugnat. dignus revera qui Indis Euangelium scribat.

Pag. 482. *Hoc tempore Athenis erat Dionysius Philosophus. hic & alii sapientes, quum has tenebras contra naturam esse scirent, attoniti fuerunt. Et is quidem dixit, Aut Dominus naturæ patitur, aut structura mundi interit. causa autem cognita credidit, & inter Doctores Euangelii præclarus fuit.* Historiam hanc non credidit Origenes, qui tractatu in Matthęum 35. gravibus argumentis urget, non excessisse has tenebras ipsam Judæam. & habet plurimos doctos ac graves viros sibi hic adstipulantes. Mirum sane, nullis astrologorum monumentis miraculum hoc celebratum, si ubique locorum conspectum fuit. Solus Dionysius in Epistola ad Polycarpum testatur, se in Heliopoli, urbe Ægypti, una cum Apollophane philosopho conspexisse in meridie dominicæ passionis horribiles tenebras Solis globo circumfusas. Mitto efficacissima argumenta, quibus multi eruditi, atque inter eos Robertus Cocus, libros qui sub Dionysii Areopagitæ nomine feruntur, spurios demonstrant. non sufficiebat sane unius

viri

viri testimonium, ut tale quid inter Euangelica Acta referretur. Quod si omnino dignum videbatur Xaverio quod non taceretur, ab ipso Dionysio, quisquis ille fuit, non discrepasset. non dixisset, Athenis eum tunc temporis fuisse, quum ipse affirmet, se Heliopoli in Ægypto fuisse. mendax solet esse audacia.

Pag. 485. Ad hæc Christi verba, *Mulier ecce filius tuus*, & *Iohannes ecce Mater tua*, Noster sic commentatur. *Mens horum duorum dictorum est, ut Majestas Dominæ omnes Christi discipulos filiorum loco habeat: iiq; omnes eam matrem suam, non aliter quam Christus ipse, agnoscant. Postea Iohannes eandem hanc rem declaravit, quando Dominam, veluti beatitudinis suæ originem, ad se accepit. & omnes Christiani eam in omnibus operibus suis matrem capiunt.* Quam est εἰδωλομανὴς noster Xaverius! Non sufficit fidelibus Dominus Christus, nisi & Dominam habeant Mariam. non sufficiunt Deus Pater, & Ecclesia Mater, nisi Mariam quoque habeant Matrem. duas ergo nunc fideles habent spirituales matres, Ecclesiam & Mariam. quin & ipsa Ecclesia, singulorum fidelium mater, matrem debet agnoscere Mariam. Quid autem amplius restat Christo, si Maria est beatitudinis nostræ origo? nisi forte sensus sit, Mariam esse originem Christi, qui beatitudinis nostræ fons est, & author, & consummator. Mentiris etiam Xaveri, quum omnes Christianos Mariam in omnibus operibus suis matrem capere affirmas. non adeo degeneres sumus à fide Christiana, neque tam fœdam à verbo Dei apostasiam fecimus, ut vel in uno opere id faciamus. Vobis id idololatris relinquimus. Nos veri Christiani Deum in omnibus nostris ope-

ribus patrem, Christum patronum, Spiritum S. ductorem capimus. Egregiè tu verò, quæ de corpore dixit Christus, ad animam transfers. Monet Christus matrem, ut quam à se expectaret corporis curam, à Iohanne deinceps petat. Iohanni imperat, ut eam deinceps Mariæ habeat rationem, quam proprię matris esset habiturus. quid ad hęc Iohannes? adoravitne Mariam, utpote jam spiritualis gratię matrem, & beatitudinis originem sibi factam? sub præsidium tecti sui eam recepit, ut tanquam matrem aleret & tutaretur. Non hîc Maria Iohanni patrona, sed Iohannes Mariæ patronus datur. Habuit scilicet Rex Acabar, cur ob hunc Xaverii librum superbiret, qui tam pręclaros in verba Christi commentarios facit. Exemplo rursus sit quod sequitur.

Pag. 485. *Dixit Christus, sitio. & propinatum acetum sumsit.* Quid ad hæc Xaverius? *Quum è sepulchro*, inquit, *resurrexisset, hoc suum dictum explicuit & dixit, Mens sitis dolorum erat. quoniam enim pro Dei gloria hominumque salute dolores istos patiebar, etsi gravissimi viderentur, nondum tamen satur eram.* Mentiris Xaveri. nunquam hæc à resurrectione sua dixit Christus. nullum vel vestigium est horum in Dei verbo. Nec dixit Christus, nec dicere voluit. Suffecerunt ipsi dolores quos patiebatur, quos etiam, si fieri posset, est deprecatus. Patienter tulit & prorsus voluntariè quos ferre debuit: sed plures majoresve non sitiit. Adeone tu suaves Christo dolores fuisse opinaris, ut plures etiam optarit? quum desertum se à Patre quereretur, an majorem sitiebat iram? quum consolaturus eum Angelus advenit, negavit ne consolatore sibi

opus esse, quod plures etiam angores expeteret? Impietas hæc est, & petulantia, quam non possunt pii non execrari.

Pag. 489. *Vnus ex militibus, Longinus nomine, experiendi gratia, lanceam in latus Christi dextrum jecit, unde aqua & sanguis effluentes, per lanceam in manum ejus manarunt. à manu, non tamen mediante manu, sanctus ille sanguis in oculum est derivatus, & præ visus defectu propemodum cæco visum protinus restituit. Statim divitiis fidei nobilitatus, ipsum pro Deo adoravit, & ex præcipuis fidei Antistitibus factus est.* Militem lancea latus Christi fodisse, narrat S. Iohannes. Sed experiendi gratia id fecisse, non malevolo potius & virulento animo, unde id rescivit Xaverius? & nomen ejus unde innotuit? Antiquorum patrum nemo id prodidit. Indoctus quidam Monachus à λόγχη *hasta*, qua latus Christi fuit confossum, Longinum vocavit militem. atque eo nomine per aliquot secula clarus fuit in Ecclesia Romana. Hæremus autem in M. S. Autographo, quo nomine hunc militem Xaverius insigniverit, prout in margine ipsius textus annotavimus. aliud hîc & alibi exemplar desiderabamus, ex cujus collatione scrupulus tolleretur. Baronius certè ad ann. Chr. 34. num. 131. Longinum dictum vult ipsum illum Centurionem, qui Matth. 27. 54. Christum Dei filium esse agnovit. & redarguit eos, *qui ex Apocryphis quibusdam scriptis tradiderunt, Longinum nomine, eundemque cæcum, fuisse militem illum qui lanceâ latus Domini aperuit.* Redarguitur ergo à Baronio & noster Xaverius. At rectè scripturam Persicam intuenti apparebit, nomen militis in M. S. optimè legi

legi Inagius, id est Ignatius. Fortasse opportunum maximè videbatur, præclarum hunc militem, tanto miraculo decoratum, ipsius Iesu sanguine à cæcitate liberatum, & è milite præcipuum fidei Antistitem factum, Jesuiticæ sectæ Authori ac patrono, Ignatio Lojolæ, olim etiam militi, cognominem facere, ut vel inde Sectæ Ignatianæ decor aliquis & splendor accederet. Ipsum vero miraculum, neque priscis Patribus memoratum, & per se adeo futile est & putidum, ut non magis Euangelicis rebus quadret, quam stercora aromatibus.

Pag. 490. *Ioseph Arimatheensis & Nicodemus, corpus Christi de cruce dempturi, & sepulturi, prius à virgine Maria veniam postularunt. Deinde Ioseph, sepulchro suo Mariæ donato, Christum ibi condit.* Viden' Christiane Lector, quanti tibi Mariam Xaverius esse velit? Dominus tuus Iesus Christus, triginta jam & quatuor annos natus, crucifixus jam & mortuus, quique sanguinis sui pretio te jam redemerat, & de inferni potestatibus in cruce triumphaverat, nondum tamen potestate materna emancipatus erat. corpus ejus loco movere Iosepho & Nicodemo non licuit, nisi venia primum à matre, quæ in corpus filii jus habebat, impetrata. neque debuit is honos Christo dari, ut Iosephus, iure sepulchri sui abdicato, id Christo traderet, adeoque tanquam in suum sepulchrum conderetur. æquum est, sepulchra primum parentum esse, tum per parentes liberorum. ut itaque & hîc præcederet Mater, Iosephus primum Mariæ donat sepulchrum, ut Christus in Matris suæ sepulchro inhumetur. Quid hinc inferet Lojolita? Etiamnum in cœlis matrem pote-

poteſtatem habere in Filium. ſi quid itaque ſalutare impetrare vis à Filio Chriſtiane Mogorane, tutiſſimum eſſe matrem adeas, quæ filio quod volet imperabit. Siccine Gentes ad Chriſtum convertitis, nefarii? Οὐαὶ ὑμῖν, ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. *Væ vobis Hypocritæ, quoniam circumitis mare & terram ut faciatis unum proſelytum; & ubi fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo plus quam vos eſtis.* Mariam prædicatis potius quam Chriſtum. & hoc eſt filios gehennæ gignere.

Pag. 490. *Celari,* inquit, *non debet, ante annos ſeptingentos & quod excurrit, quum Roma conderetur, Sibyllam fuiſſe nomine Erythræam, &c.* Sequitur enim ibi oraculum Sibyllinum de Chriſto. ubi omnes mortis ejus circumſtantiæ, deinde reſurrectio, & aſcenſio ita deſcribuntur, ut cœcum & contumacem eſſe neceſſe ſit, qui hæc poſt conſcriptum Euangelium ex ipſo Euangelio deprompta eſſe neget. Quod autem noſter Sibyllam Erythræam ſeptingentis circiter ante Chriſtum annis, quum Roma conderetur, vixiſſe velit, alii eam longe antiquiorem faciunt, qui eam Graiis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum prædixiſſe contendunt. quod plus quam quadringentis ante conditam urbem annis contigit. Sed noſter quidvis Indis perſuadet. Glorioſum erat Romę, cum tam præclaro de Chriſto vaticinio natam eſſe.

Pag. 493. *Corpore Chriſti ſepulto, anima ejus in locum quendam conceſſit, ubi animæ venerandorum Patrum & Prophetarum & juſtorum, qui ex hoc mundo exceſſerant,*

eum expectabant. Sciendum enim, Infernum quatuor habere gradus. Infimus, eſt locus ſupplicii Diabolorum, & peccatorum qui ſine pænitentia obierunt. atque eum locum Infernum vocant, ſcilicet, locum iræ Dei. Secundus, ſuperior iſto eſt, quem Purgatorium vocant, id eſt, Mundationis locum. hic ſoli boni ſunt, qui pænitentes deceſſerunt, nondum tamen quicquid oportebat omnino præſtiterunt, ſed exiguorum peccatorum immunditie ſunt inquinati, quorum hic pænam paſſi, digni redduntur Paradiſo. Tertium, Limbum vocant, id eſt, locum tenebroſum. hic Infantes ſunt, qui abſque ſigno Chriſtianitatis, id eſt abſque baptiſmo mortui ſunt. hic nulla omnino pœna eſt, niſi quod prohibentur à viſione Dei. Quartus eſt, quem ſinum Abrahæ vocant, id eſt locum Abrahæ, ubi omnes juſti, qui ſanctè mortui ſunt, fuerunt, adventum Chriſti expectantes. Fidem hæc merentur, ſi penes Romanum Pontificem eſt Infernum ſtruere. nullam autem, ſi cujus fuit cœli terræque ſtructura, ejuſdem quoque eſt Inferni. Deus enim præter infimum locum nihil revelavit. tria ſuperiora ad Infernum non pertinent, ſed ad aulam pecuniariam Pontificis. Secundus locus à condito mundo uſque ad Chriſti aſcenſionem fuit vacuus. Inde uſque ad hæc tempora vacuus manet quartus, & manebit omni ſeculo. otioſi ſtructores, qui otioſa parant domicilia.

Pag. 497. *Cum Maria Magdalena* vult *alias duas Marias iviſſe ad ſepulchrum, quæ ambæ fuerint Mariæ virginis ſorores. una Iacobi Minoris, altera Iacobi Majoris mater.* Audiamus Hieronymum tomo 3. in Epiſtola ad Hedibiam: *Quatuor,* inquit, *fuiſſe Marias, in Euangeliis legimus: unam matrem Domini Salvatoris,*

alteram materteram ejus, quæ appellata eſt Maria Cleopæ: tertiam Mariam matrem Iacobi & Ioſe: quartam, Mariam Magdalenam. Licet alii Matrem Iacobi & Ioſe materteram ejus fuiſſe contendant. Vbi ſenſus non eſt, duas eſſe ex quorundam mente Chriſti materteras, ſed quoſdam ſentire, Mariam, Iacobi & Joſe matrem, eſſe Chriſti materteram, adeoque eandem cum Maria Cleopę. quæ ipſius Hieronymi ſententia eſt in diſputatione adverſus Helvidium, tom. 2. ex qua ſententia tres tantum legerentur in Euangeliis Mariæ, non, ut dixerat, quatuor. Ab omni utique veriſimilitudine abeſt quod ait noſter, habuiſſe Mariam Virginem duas ſorores ejuſdem ſecum nominis. cum enim nomina perſonas diſtinguant, conſentaneum non eſt, & fortaſſe exemplo caret, tres ſorores eſſe cognomines. Jam vero, quænam Maria fuerit Iacobi Majoris, quęnam Minoris mater? fatebitur mihi, credo, Iacobum Majorem, fratrem Iohannis Apoſtoli, fuiſſe filium Zebedæi, Minorem, filium Alphæi. utrumque enim ex Scriptura liquet. ut & illud, Mariam matrem Iacobi & Joſe non fuiſſe uxorem Zebedæi, quandoquidem à matre filiorum Zebedæi diſtinguitur Matt. c. 27. ỳſ. 56. Mariam ergo iſtam neceſſe eſt fuiſſe matrem Iacobi Minoris, adeoque Alphæi uxorem. quod libenter noſtro largiemur. ſed unde fuiſſe eam ſororem Mariæ Virginis probabit? Si eandem hanc fatetur cum Maria Cleophæ, quę Iohan. 19. ỳſ. 25. ſoror matris Domini vocatur, non repugnabimus. Sic ſentit Hieronymus adverſus Helvidium, fuiſſe eam Cleophæ filiam, Alphęi uxorem, Iacobi Minoris matrem, & Virginis ſororem. Sed quę Maria jam erit Iacobi

Majoris

Majoris mater? Non reſtat noſtro alia in Euangeliis, quam Maria Magdalena. hanc enim voluit ſupra eſſe Mariam Marthæ ſororem. At unde jam probabit, Mariam Magdalenam fuiſſe & Zebedæi uxorem, & virginis ſororem? Eſt & alia difficultas. Commemoravit ſupra virginem Mariam in ſenectute parentum ſuorum fuiſſe natam, quum jam ſpes prolis defeciſſet, atque illo tanquam miraculo illuſtratam Mariam jactavit. at nunc palmam pręripiunt duæ aliæ ſorores, quę poſt ſecutæ, in graviori parentum ætate ſunt natæ. Vnicam filiam Joachimo & Annę ſenio confectis, ſi modo verum narravit noſter, Angelus promiſerat, jam pręter promiſſionem, & pręter ipſum naturæ ordinem duę alię ſuperadditę. Commentum hoc Xaverio placeat.

Pag. 501. *Primam perſonam quæ Chriſtum è mortuis ſuſcitatum vidit*, ait *fuiſſe Mariam Virginem.* At apud Marcum c. 16. ỳſ. 9. teſtatur Spiritus S. *Chriſtum, quum mane reſurrexiſſet, apparuiſſe primum Mariæ Magdalenæ.* Credit ne ergo Xaverius Spiritui Sancto? an vero tanti habenda eſt virgo Maria, ut mendacii arguendus ſit Spiritus Dei, ne ſupra eam Mariæ Magdalenę honos iſte conceſſus videatur? Auſus eſt & Baronius id aſſerere, idque ex antiqua, ut ait, traditione. ea tamen adeo fide non eſt digna, ut Ianſenius neget, *apparuiſſe Chriſtum B. Mariæ primæ: quia firmior illi fides erat, quam ut eo opus haberet.* Audi porro fabulam apparitionis. *Quum ante diluculum lux ingens derepente in conclavi virginis apparuiſſet, viſus fuit Chriſtus ſumma cum gloria, non ſolus, ſed maximis Prophetis comitantibus. Vidit omnes Maria. filiique pedes prehendens,*

tanquam

tanquam Deum suum adoravit. ut & vicissim Iesus, quoad humanam naturam filiale ei officium faciens, honorem exhibuit, eique bene est precatus. Quis ferat hanc audaciam? quum sollicitè caverit Deus, ne in tota resurrectionis Christi historia nomen B. Marię apud Euangelistas vel audiretur, hic tanto eam à Christo honore affectam fingit, ut non modo ingenti Prophetarum comitatu stipatus ad eam venerit, sed & ex filiali officio honorem exhibuerit. ut quivis inde colligat, si Christus jam mundo mortuus, & in cœlestem æternamque vitam resuscitatus, matrem, adhuc mortalem, coluit: quanto magis nos in mundo adhuc degentes & Christo infinitis modis inferiores, illam nunc immortalem ac beatam colere teneamur. sint hęc figmenta idololatris εἰς ἀπώλειαν. nos eum colemus, qui solus est via, veritas, & vita.

Pag. 505. *Christus contactu sui Mariam Magdalenam interdicens, digiti extremitatem fronti Mariæ imposuit.* Euagatur & hîc extra Scripturę limites. ut & in sequenti.

Pag. 506. *Vidit Christum quoque Iacobus Minor. qui, quemadmodum, quum Christus caperetur, juraverat se nihil quicquam esurum bibiturumve, donec eum viventem videret, sic à tempore captivitatis circiter usque ad meridiem primæ diei septimanæ nec edit nec bibit.* Desumta est hęc fabula ex Euangelio Nazaræorum, citante Hieronymo de Script. Eccles. in voce Iacobus. Quod Nazaræorum dicebatur, quia Nazarei eo utebantur. seque ab ipsis describendi ejus facultatem accepisse, testatur Hieronymus ibidem in voce Mattheus. quia à Matthæo Hebraicè conscriptum dicebatur,

batur, unde & Euangelium secundum Hebræos vocabatur. Quantæ autem authoritatis sit, inde constare potest, quod apud Nazaræos in usu fuerit, quos ipse Hieronymus appellat *Hæreticos, qui veteris legis observantiam Euangelicæ gratiæ aptare conabantur*, lib. 4. in Ezechielem, c. 16. Itaque non majorem fidem meretur quod ibi de Iacobo narratur, quam quod ex eodem Euangelio narrat Hieronymus lib. 3. adversus Pelagianos: *Et ecce, Mater Domini & fratres ejus dicebant ei, Ioannes Baptista baptizat in remissionem peccatorum, eamus, & baptizemur ab eo. Dixit autem eis, quid peccavi, ut vadam & baptizer ab eo?* Quo nihil insulsius de Christo dici potest. nisi forte quod ab Origene in 2. tomo in Iohannem ex eodem Euangelio allegatur, *Dixit Christus, Modo accepit me mater mea Spiritus Sanctus, uno capillorum, & me in montem magnum Thabor transportavit.* quæ ipsissimorum Gnosticorum & Valentinianorum est hęresis, asserentium, Spiritum Sanct. esse matrem Christi. Humani cerebri hæc sunt. ut & quod sequitur,

Pag. 518. *Christus in montem Thabor jussit suos ascendere.* illud Thabor non est Euangelistarum. rursus,

Pag. 521. *Christus 20. diebus versatur cum suis in Galilæa. deinde discipuli mandato Christi eunt Hierosolymam.* unde habet 20 illos dies? & ubinam cæteris 20 diebus adfuit suis? Lucas enim testatur Actor. 1. 2. *eum se præbuisse vivum ipsis, per 40 dies apparentem eis?* rursus,

Ibidem, *Virgo Maria adfuit quoque in Bethania ad Montem Oliveti, quum Christus ascenderet.* non id narrant Euangelistæ. rursus,

Pag. 522. *Christus in cælum ascensurus, quosdam ex præstantioribus in quibusdam rebus speciales reddidit. supra omnes autem benedictam Mariam.* Quin exprimit illos quosdam, & quasdam illas res? Apostolis certe specialem Euangelii & Ecclesiæ curam injunxit. Matri nullum jus in Ecclesiam, nec quicquam in ea curandum dedit. quam multus hîc est in evehenda virgine Xaverius, quum Spiritus S. ibi nullus sit!

Pag. 522. *Christus non ascendit solus. sed omnes justorum animas, qui à tempore Adami ad illud usque tempus occubuerant, secum duxit.* Non loquitur Scripturas. Audi rursus,

Pag. 525. *Discipuli post Christi ascensionem in idem domicilium Hierosolymæ convenerunt, ubi cum Christo Pascha ederant.* Mirum quod non addiderit & illud, quod ex spurio quodam Euodio narrat Nicephorus lib. 2. c. 3. *in ipsa domo Iohannis Christum primum Pascha mysticum cum discipulis instituisse.* Confer cum Luc. cap. 22. ℣ſ. 8. 9. 10. 11. videbis nugas, & hominum audaciam.

Pag. 525. &c. Descensum Spiritus S. in Apostolos describens, *factum eum* ait, *quum prima diei vigilia appropinquaret. Vi venti apertas fuisse fores domus. Vnam ignis linguam capiti uniuscujusque insedisse. Spiritum S. non sacrorum modo, sed & omnium aliorum librorum scientiam ipsis dedisse. Qui ignem istum viderunt & sonitum audiverunt, putasse fulmen cecidisse, atque eos qui intra domum erant interemisse. quocirca magno numero confluxisse.* Videtur sedulo cavisse Xaverius, ne idem diceret quod Spiritus S. neque satis ipsi accuratus historiographus fuit Lucas. vide Act. cap. 2.

Pag. 529. ait, *Petrum stetisse cum decem Apostolis.* Non placuit ipsi fortasse Lucas, qui Actor. 2. ℣ſ. 14. dixerat *cum undecim.* nec suspicione caret, quod capitis primi Actorum summam supra recensens, Matthiæ electionem, qui in Judæ proditoris locum suffectus undecimum, præter Petrum, Apostolum constituebat, summo silentio prætererit. Indignus ipsi fortasse visus fuit Matthias, qui pro Apostolo ab Indis habebetur.

FINIT Author librum duabus Epistolis ad Tiberium Cæsarem datis, una à Pilato, altera à Lentulo. in quibus virtus, miracula, divinitas, mors, resurrectio, ascensio, ipsa forma ac corporis Christi proportio describuntur. Pilati epistolæ meminit Tertullianus in Apogol. c. 5. & ex eo Eusebius hist. Eccles. l. 2. cap. 2. Sed neuter Epistolæ exemplar recenset. Extat illud apud Egesippum in Anacephalæosi. sed longè diversissima forma, quam à Nostro est expressum. qui unde exemplar suum habeat, nescio. Etsi autem Egesippus sit antiquissimus, quippe qui anno Christi 177 claruit, Baronius tamen ad ann. Christi 34. num. 128. dicit, *Si ei aliqua sit adhibenda fides, in titulo tamen certus est error, qui aliunde fortasse irrepsit, dum Claudium loco Tiberii positum habet.* Deinde recitatâ Epistolâ, addit: *An eadem ipsa sit, quam à Pilato ad Tiberium tum temporis scriptam esse constat, relinquimus lectoris prudentis judicio.* Multo magis ergo prudens Lector dubitet, an hęc Xaveriana sit Pilati. Epistolæ Lentuli Baronius ne meminisse quidem est dignatus. Judicavit enim proculdubio ut Valla Declamat. contra Donationem Constantini, *Epistolam nomine Lentuli* improbè

improbè esse ementitam. Insulsum revera est, & Monachum sub Cucullo Lentuli latere indicat, quod in ea Epistola Christus volitantes ab humeris capillos, & bifido vertice dispositos, in morem Nazaræorum, habuisse dicitur. quandoquidem vinum non detrectavit, à quo, qui Nazaræatus voto obstricti erant, religiosè abstinebant. Sed voluit Xaverius hanc suam de Christo historiam à fabulis ac nugis & exordiri & claudere. ut multa esse pateret quæ ab initio usque ad finem in Euangelistis desideret.

Emendanda in editione Historiæ Christi.

PAG. 4. lin. 16. pro اين scribatur امين. P. 5. l. 21. 22. pro, *unicam duntaxat effigiem ejus extrahens, in hunc finem apportaret*. verte, *certè hanc singularem incomparabilem effigiem ejus trahens, propter securitatem afferret*. Pag. 20. l. 19. pro اواج lege براج. p. 30. in margine, pro *orma*, lege *forma*. p. 65. l. 12. inter *septingentesimo* & *secundo* deest *quinquagesimo*. pro fol. 178. malè est 174. pro fol. 182. malè est 178.

FINIS.

INDEX CAPITUM

HISTORIÆ CHRISTI.

PARS PRIMA,
De Infantia CHRISTI.

Nativitas Mariæ & educatio ejus. Pag. 14
Conceptio Christi in utero. 33
Nativitas Iohannis. 50
Nativitas Christi. 58
Circumcisio Christi. 78
Adventus trium Regum. Adoratio Christi. 81
Introductio Christi in templum. 92
Iter Christi in Ægyptum. 101
Disputatio Christi cum Doctoribus Iudæorum in templo. 109

PARS SECUNDA,
De Miraculis & Doctrina Christi.

Ascensio Iohannis è deserto, & prædicatio ejus de Christo. pag. 114
Iejunium Christi, Satanæq; adventus ad eum. 126
Exitus Christi è deserto. 134
Iter Christi in Galilæam, & quod aggressus sit docere homines. 138
Adventus Christi Hierosolymam. 145

Adventus Christi in urbem Samariam. 158
Adventus Christi in Galilæam. 166
Adventus Christi in Nazareth. 169
Adventus Christi in Capernaum. 178
Adventus Christi in Genezar. 182
Adventus Christi in Capernaum. 186
Vocat Christus Matthæum ad sequelam sui. 190
Vivificatio puellæ. 193
Adventus Christi in Ierusalem. 198
Disputatio de honorando Sabbatho. 205
Electio Apostolorum. 209
Declaratio perfectionis Iustitiæ. 213
Vivificatio Iuvenis mortui. 238
Incarceratio Iohannis. 241
Adventus Christi in Ierusalem. 249
Exitus Christi è Ierusalem. 262
Profert parabolas alias. 266
Mittit Christus Apostolos suos. 270
Occisio Iohannis. 277
Profectio Christi in Desertum. 281
Profectio Christi ad Genezaram. 282
Reperitur Christus Capernaumi. 285
Lotio Manuum. 290
Iter Christi Tyrum & Sidonem. 293
Iter Christi in Galilæam. 294
Exaltatio Petri. 301

Glorifi-

Glorificatio Christi. 302
Descensus Christi è monte. 305
Iter Christi per pagos Galilææ. 309
Profectio Christi Hierosolymam. 313
Designatio Discipulorum. 314
Præcepta Dei. 316
Introitus Christi in Ierusalem. 337
Misericordia Dei inexplicabilis. 350
Effigies Domini Iesu. 354
Vivificat Christus Lazarum. 358
Iter Christi in Ephrem. 365
Iter Christi Hierosolymam. 373
Introitus Christi in Ierusalem. 386.

PARS TERTIA,

De Passionibus & Molestiis & Morte Christi.

Non habet Capita, nisi Marginalia, quæ hæc sunt.

IEsus voluntate propria moritur. 430
Annunciatio Esaiæ de passionibus Christi. 434
Sermo Apostolorum de præeminentia. 442
Lotio pedum Apostolorum. ibid.
Doctrina humilitatis. 445
Corroboratio fidei Petri. 446
Anxietas Christi & precatio ejus in horto. 449
Captivitas Christi. 450

Chri-

Christum ad Annam deducunt. 453
Alapa in Christum. 454
Christus seipsum Filium Dei dicit. 458
Illusio & ignominia Christi. ibid.
Strangulatio Iudæ. 461
Interrogat Pilatus Christum. 462
Regnum Christi non ex hoc mundo. ibid.
Flagella Christi. 466
Corona Christi ex spinis. 469
Rursus interrogat Pilatus Christum. 470
Mandatum de occidendo Christo. 473
Maria Christum videt. 477
Convitia in Christum. 481
Quinque vulnera Christi. 489.

PARS QVARTA.

De Resurrect. Christi, & Ascensu ejus in cœlum.

Neque hæc habet capita præter marginalia, eaq; hæc sunt.

CHristus reviviscit. 497
Manifestatur Christus benedictæ Mariæ. 501
Apparet Christus discipulis in Galilæa. 515
Forma Christi. 530.

FINIS.

داستان سن پیدرو

HISTORIA S. PETRI

PERSICE

Conscripta, simulque multis modis contaminata.

LATINE

Reddita, & brevibus Animadversionibus notata,

A

LUDOVICO DE DIEU.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officina Elseviriana, A° CIↃ IↃ CXXXIX.

Amplissimo, Consultissimo, summæ eruditionis ac dignitatis Viro,

D. DAVIDI DE WILLEM,

I. V. Doctori, Celsissimo Principi Auriaco à Consiliis, & Curiæ Brabantiæ Senatori.

S. P.

MULTA sunt, Vir Amplissime, quæ me, ut amarem te ac suspicerem, coëgerunt. Præterquam enim quod à Doctissimo atque integerrimo Viro D. Daniele Colonio, Avunculo meo venerando, quem & venerari ipse solebas, laudari mihi commendarique probum ac candidum tuum animum lubens recordor, affecit me vehementer politum tuum ingenium, quod jam bonarum literarum, & rerum Theologicarum peritia in Academia bene excultum,

in Orientem profectus, ibique diu commoratus, Orientalium linguarum cognitione exornasti magis & perfecisti. Et simul, ne quid eorum, quæ ad vitam humanam sunt utilia, neglexisse aut ignorare videreris, juri Romano ita incubuisti, ut ex Oriente in patriam reversus, Juris utriusque Doctor sis creatus. Quæ quidem dotes, cum latere te diu non sinerent, sed utilem Reipublicæ operam publice promitterent, ad egregias dignitates evexerunt. quippe Celsissimi Principis Auriaci Consiliarium primo, deinde in Curia Brabantię Senatorem factum. Quę ut nos reverentes tui effecerunt, sic ne, quod cœperas, permaneres amans nostri, haud obstiterunt. Gratulatus mihi sæpe sum istum diem, quo redux ex Oriente in patriam factus, apud communem amicum nostrum, D. Iacobum Golium, qui tum ob variam eruditionem, tum ob candidissimum animum ac suavissimos mores, merito nobis in pretio habetur, in amicitiam tuam admittere me es dignatus. ubi protinus animi nostri sic coaluerunt, ut, quod inter probos, quique non dissimilium sunt morum ac studiorum, fieri facile solet, suavis ac jucunda consuetudo oriretur. quæ deinceps utrimque

gratam sive præsentiam sive memoriam effecit. Cujus rei luculenti testes fuere munera literaria, libros dico varios ac præclaros, Hebræo idiomate alios, alios Arabico, alios Persico, quibus non modo Bibliothecam meam exornare ac locupletare, sed &, quem in linguas Orientales fervere videbas animum, incendere magis voluisti. Sic solent præclara ingenia, & magnæ animæ, dum alii opes sine modo congerunt, atque in immensum absque usu cumulant, literis prodesse ac disciplinas juvare, sine quibus otium mors est, & vivi hominis sepultura, ipsæque divitiæ mendicitate non carent. Nosti enim illud Imperatoris Ali, لَا غِنَــــي لِمَنْ لَا فَضْلَ لَهُ *Non habet divitias, qui virtutem non habet.* Vt contra, لِلْعَاقِلِ لَا فَقْرَ *Intelligenti*, inquit idem, *non est paupertas.* quod & benè alius, أَغْنَي ٱلْغِنَي ٱلْعَقْلُ *ditissimæ divitiæ intelligentia.* Miror, si benè mentem tuam novi, ni hîc mecum sentias, desipere admodum qui mundum colunt, sapere præ cæteris qui animum excolunt. Cœpi jam tecum Arabizare. literas enim istas, & qui eas amant, jam pridem amas. habe iterum præcla-

rum illud Abu Vbeid, ألدُّنْيَا جِيفَةٌ وَطَالِبُوهَا كِلَابٌ *Mundus cadaver* eſt, *& qui quærunt eum, canes* ſunt. Et ſi in hoſte etiam, quod virtutem ſapit, laudandum, quod ſummus ille veritatis hoſtis, & nefandus impoſtor, in Alcorano Surata Amram dixit, non aſpernaberis, مَا حَيوٰةُ ٱلدُّنْيَا إِلَّا مَتَاعُ ٱلْغُرُورِ *non eſt vita hujus mundi, niſi ſupellex fallaciarum.* ſunt tamen fallaci huic mundi ſupellectili adeo plerique dediti, ut veriſſimè idem dixerit Surata Niſa, أُحْضِرَتِ ٱلْأَنْفُسُ ٱلشُّحَّ *Propè adductæ ſunt animæ ad avaritiam*, id eſt, vehementer in eam propendent, eiq; quaſi incumbunt animæ hominum. A qua ut procul te abeſſe, contraque virtutis atque eruditionis amantem comperimus, ſic effecit tua, quam dixi ante, liberalitas, ut de exſolvendo gratitudinis debito, quo nos obſtrictos ſenſimus, jam dudum ſerio cogitemus. Neque enim in nos competere debuit illud Ali, فَسَدَتْ نِعْمَةٌ مَنْ كَفَرَهَا *periit beneficium datum ei qui negat illud*, id eſt, qui ingratus eſt. Eleganter namque Ingratus أَلْكَافِرُ *abnegator* ipſis dicitur, quia non aliter ſe gerit, quam

ſi datum beneficium negaret. Quod ne de nobis ſuſpiceris, etiam atque etiam rogamus. Palam nunc quæ dediſti agnoſcimus & prædicamus. non quod munera dederis, ſed quod ea quibus ſtudia noſtra juviſti & promoviſti. Quorum jam fructus aliquos proferimus, & inter eos hunc etiam quem nomini tuo conſecramus. Literarium munus literario compenſamus. tenui quidem, ſed grati animi pleno. Perſicam, ut vides, linguam tentavimus. quam feliciter, judicabunt alii. quin variæ deprehendendæ ſint hallucinationes, non dubitamus. primi enim fere ſumus, qui hoc agimus. Exſpectamus ut paucos intra annos multi, laboribus noſtris adjuti, perfectiora proferant. Gratum tamen, quantulumcunque eſt quod offero, non dubito, quin ſis habiturus. memor illius Ali, جَهْدُ ٱلْفَقِيرِ كَثِيرٌ *conatus pauperis multum quid.* Amplectere amici tui animum, qui ut te ſibi & Reipublicæ ſoſpitem diu atq; incolumem exoptat, ita ut ſe priſtino amore proſequi deinceps digneris magnis votis efflagitat. Datum Lugd. Bat. 16 Mart. cIↃ IↃ C XXXIX.

Amplitudinis tuæ obſervantiſſimus
LVDOVICVS de DIEV.

Supplendæ paginæ hæc addimus.

I.

אל תבטח בתודות מי שתתן לו עד שתמנע ממנו כי הסובל הוא המודה והחרד הוא הכופר: *Ne fide gratiarum actionibus ejus cui das, donec deneges ei. Nam si patitur, is gratus est. si indignatur, is ingratus est.*

II.

لِكُلِّ عَدَاوَةٍ مَصْلَحَةٌ إِلَّا لِعَدَاوَةِ ٱلْحَسُودِ *Omni inimicitiæ pax est, præterquam inimicitiæ invidi.* ſenſus eſt, hanc conciliari non poſſe.

III.

ذَنْبٌ وَاحِدٌ كَثِيرٌ وَذِكْرٌ وَأَلْفُ طَاعَةٍ قَلِيلٌ *Peccatum unum multum est. At cultus Dei, & mille obedientiæ parum.* Si id ipſum cum Arabum Imperatore Ali ſentirent Pontificii, mirum ſi merita ſua ſomniarent.

IV.

أَلْوَزْنُ ٱلْحَقُّ فَمَنْ ثَقُلَتْ مَوَازِينُهُ فَأُولٰئِكَ هُمُ ٱلْمُفْلِحُونَ. *Pondus est veritas. itaque quorum libræ sunt graves, illi sunt beati.* Benè dictum à peſſimo homine, in Alcorano Surata 7.

داستان ســــــن بيدرو
امــا آلوده *

HISTORIA S. PETRI,

ſed contaminata.

Commonefactio
Translatoris ad Lectores.

O Amici mei, quod monui de historia Christi, idem nunc moneo de hac historia S. Petri. nempe; authori ejus non sufficeisse, ex Actis Sanctorum Apostolorum adferre, quod de S. Petro ibi scriptum fuit, sed varia allegasse, quæ veritati non consentiunt, & ex scriptoribus indignis fide desumta fuerunt. Scopus ejus fuit ostendere, S. Petro supra omnes Apostolos principatum obtigisse, & in urbe Roma vicarium Christi egisse. quod neque ex Euangeliis, neque ex Epistolis Apostolorum testimonium, confirmationemque invenit, neque ipse S. Petrus unquam id sibi attribuit. Atque ecce hoc est, quod nos impulit, ut in summitate cujusque paginæ, hanc historiam contaminatam dixerimus. Quocirca, isthoc pacto hanc historiam legite, ne vos author ejus fallat. Nam quicquid ille secundum Euangelia narrat, & secundum librum Actorum Apostolicorum, quem Benedictus Lucas scripsit, id omne simpliciter certum & verum est. At omnia reliqua, aut insincera, aut falsa, aut infirmæ fidei sunt. Commendati Deo estote.

هدايت صاحب ترجمه براي خوانندكان *

اي دوستان من آنچه پند كردم بر سبب داستان مسيح همان اكنون پند ميكنم بر سبب اين داستان سن بيدرو يعني كه صاحبش قنوع نداشت كــه از حوادث مقدس حواريان بيارد آنچه در سن بيدرو آنجـا نوشته شد ليكن فراوان نقلهـا آورد آنانچه براسي موافقت ندارند واز كاتبان ناسزاوار اعتقاد كرفته شدند مقصود او آنست كه وانمايد آنكه سن بيدرو بر همـه حواريان سرداري يافت ودر شهر رومه خلافت حضرت عيسي كرد آنچه يـا از كتب انجيل يـا از رسالات حواريان كواهي واثبات نيابد وهمان ســن بيدرو هر كز آنرا بخود خاص نكرد وهر اينه اينست آنچه مارا باعث شد تـا در اعلي هر روي كاغذ اين داستانرا آلوده كفتيم بنابرين بانطور اين داستانرا بخوانيد كه شمارا صاحبش بازي ندهد چراكه هر چه او چون كتب انجيل ميخواند وچون كتاب احوال رسولان كه آنرا خجسته لوقـا نوشت اين همـه البته يقين وراستست اما همه ساير يـا ناسره يـا دروغ يـا از ناپايدار ايمان است ودر حفظ خدا باشيد *

داستان سن بیدرو

اما آلوده *

سن بیدرو از تخمهٔ یهوداست از قریهٔ بت سایده بکسر
با وسکون تا فوقانی وسین والف ویا وفتح دال
ماهی گیر بود وخدا ترس وآرزوی سلامی خود
داشت روزی اندروس نام برادر بزرگ او حضرت عیسی را
بهدایت یحیی پیغامبر شناخته پیش او آمد وبتمام شوق
وشادی باو گفت من یافتم حضرت عیسی را که از دیر گاه
ارزوی بنی اسراییل بوده است سن بیدرو ازین مژده او نیز
شاد شد وهردو از سعادتمندی در ساعت آن بزرگوار را
ملازمت کردند وپس از گفت وگوی بسیار حضرت عیسی
توجه به سن بیدرو وانموده فرمود که توپی شمعون پسر یونان
که صفا خوانده خواهی شد یعنی پطرس ومعنی او سنگ است
روزی هردو برادر اندروس وشمعون دامهای خویش
بدریا انداخته بودند ودل در صید ماهیان بسته ناگاه
گذر حضرت عیسی بر ایشان افتاد هر دو برادر را نزد
خود طلبید وفرمود که پیروی من کنید که شمارا صیاد مردم سازم
ایشانرا سعادة یاوری کرد ودر ساعت در پی او شدند وقرار

دادند

HISTORIA S. PETRI,

Sed contaminata.

SANCTUS PETRUS è finibus Judææ est, è vico Bitsaidah, (cujus dictionis b notatur vocali i, t quiescit duobus punctis supra notatis: sequuntur literę s, a, i. d notatur vocali a.) Piscator fuit, Deiq; timens, & desiderio salutis suę tenebatur. Die quodam Andreas frater ejus major, quum Dominũ Iesum, ductu Iohannis Prophetæ, cognovisset, ad eum venit, summaque aviditate & gaudio ipsi dixit, Inveni ego Dominum Iesum, quem à longo tempore filii Israël desiderarunt. Sanctus Petrus hoc nuncio ejus gavisus est, amboque fratres felici auspicio protinus gloriosum illum secuti sunt, & post sermones multos D. Iesus ad S. Petrum conversus dixit, Tu es Simon filius Jonan, qui Cepha vocaberis, id est Petrus. significatio ejus est, lapis. Die quodam ambo fratres Andreas & Simon retia sua in mare jecerant. quumque animum capturæ piscium alligassent, tunc transire D. Iesum juxta eos accidit. ambos fratres ad se vocavit, ac dixit: sequimini me, nam vos piscatores hominum efficiam. ipsis felicitas auxilium tulit, & protinus eum sunt secuti, ac statue-

 runt,

runt, deinceps in obſequio Glorioſi illius eſſe. Sed animum ſuum ab artificio ſuo, quæ piſcatio eſt, prout oportebat, non abſtraxerunt. adeo ut ſubinde ob victum tum domeſticorum, tum alimentum ſuum ad piſcationem abierint. Die quodam rete ſuum projecerant. forte fortuna tranſire Majeſtatem Ieſu Domini noſtri juxta eos accidit, & multitudo hominum ſequebatur, & exſpectabant ex [1] ore iſtius Glorioſi verbum Dei audire. Itaq; D. Ieſus in navem Petri intravit, & ſermonem ad S. Petrum faciens dixit: Navem altius ſuper littora maris deduc. Is ita fecit. tunc os ſuum aperuit, & multis admonitionibus admirandis ac novis prolatis, homines obſtupefecit. Poſtea S. Petro dixit, rete tuum in mare dejice, & piſces capta. S. Petrus dixit, Domine, totam noctem laboravimus, neque quicquam reperimus. tamen obediam tibi, & ſemel adhuc in nomine tuo projiciam. projecit itaque rete, & tot piſces in rete inciderunt, ut facultatem trahendi illud non habuerit, ac prope fuerit ut rumperetur. Sociis ſuis, qui in aliis navibus erant, de gravitate retis & multitudine piſcium certioribus factis, auxilium quæſivit, & ope illorum rete ſuper littus adduxit. & tanta piſcium captura fuit, ut duo receptacula navium repleta fuerint: adeo ut præ gravitate, metus ſubmerſionis fuerit. Quamobrem S. Petrus, reliquique piſcatores, qui in navibus erant, quum ejuſmodi rem ab illo Glorioſo vidiſſent, timuerunt ac formidarunt. Ex iſto numero S. Petrus ad pedes benedictæ Majeſtatis Ieſu Domini noſtri [2] cecidit, & dixit, ô Domine, à me procul ſis, quia vir peccator ſum, & rebel-

lis

[1] *ad verb. lingua.*

S. Petrus in quacunque urbe quosdam Christianorum, qui è Ierusalem ejecti fuerant, esse audivit, continuò se ad eos contulit, & habitatores urbis docuit, & unicum Christum prædicavit. Contigit ut in urbem Lyddam venerit, ubi vir quidam erat Æneas nomine, cui corpus immobile erat, & jam ipsi anni octo transierant. Petrus ad eum accessit & dixit, Ænea, tibi sanitatem dat Deus Iesus Christus, surge & ambula. statim surrexit & ambulavit. Homines civitatis attoniti fuerunt, & qui doctrinæ Christi crediderant, fides eorum confirmata fuit. In urbe Ioppe sancta quædam fœmina erat, Tabitha nomine. Hæc mulier perpetuo in cultu Dei vixerat, & quicquid acquisiverat, pauperibus dederat. Contigit, Sanctam hanc in morbum incidisse, & animam dedisse. Et dum eam lavabant & linteis sepulchralibus induebant, fama venit, Petrum in urbem Lyddam, quæ urbi Ioppæ propinqua est, descendisse. Protinus illi duos viros ex fratribus ad Gloriosum illum miserunt, atque instanter ac precibus multis adventum ejus postularunt. Petrus itaque ad urbem eam ivit, ipsique obviam venerunt, & domum suam deduxerunt. Viduæ & cæteri pauperes, qui ad eam convenerant, confluxerunt, & unamquamque tunicarum & vestimentorum, quæ ab ista vidua acceperant, Petro ostenderunt, & cum submissione ac precibus vitam ejus postularunt. S. Petrus in genua procidit, & ad Deum clamavit, vultumque ad istam mortuam vertit, ac dixit, Tabitha, evigila. protinus illa oculos aperuit, & sedit.

S. Petrus manum ejus prehendit, & erexit: hominesque advocavit, & ostendit. Multi ex infidelibus crediderunt. & factum est, ut aliquot diebus in urbe Ioppe in domo Simonis manserit. In urbe Cæsarea, quæ non est de terra filiorum Israël, vir quidam erat nomine Cornelius, ex primoribus Italiæ. Dei timens erat, & ipse ac cæteri domestici ejus dies noctesque in cultu ac precibus transigebant, & studium adhibebant. Quum potissima diei pars transacta esset, Angelus Dei forma humana in conclave ejus intravit, seque ipsi manifestavit & dixit, Corneli. ille expavit, & vehementer timens respondit, Domine, tu quis es? dixit is, clamor & petitio tua apud Deum exaudita est, & eleemosynæ tuæ Majestati ejus acceptæ accidere. Deus dicit, hoc ipso tempore viros tuos ad urbem Ioppe mitte, & Simonem, qui Petrus etiam vocatur, accerse, ille in domo viri cujusdam, qui Simon nomen habet, prope mare divertit, ille te instituet, & ad statum quæsitum deducet. Hoc dixit, & disparuit. Cornelius itaque quendam equitem, qui ipse etiam ex investigatoribus veritatis erat, & duos pedites misit, ut ei [1] supplicarent, & quocunque modo possent Gloriosum illum adducerent. quum illi ad urbem istam appropinquassent, secunda vigilia diei erat, quum Petrus pro more suo supra domum precandi gratia ascendisset. fuit finitis precibus, appetitus ejus venit. quocirca ministri ejus in termino cibi coquendi fuerunt. ipse autem, capite in gremio, meditatus & contemplatus est. Tunc temporis fores cœli apertæ fuerunt, & linteum magnum è cœlo descendit, ac in terram venit, & quatuor viri ad

[1] *videtur in Persico deesse* کند

quatuor

سن بیدرو دست اورا کرفت وبرخیزانید ومردم را بیش طلبید
ونمود بسیاری از منکران ایمان آوردند وچنان شد که روزی چند
در شهر شوپ در خانهء شمعون نام اقامت نمود در شهر قیصریه
که نه از ملک بنی اسراییل است مردی بود کرنیلیو نام از
بزرکان ایطالیه خدا ترس بود او ودیکر مردم از خانه او شبانه
روز در بندکی وعبادة میکذرانیدند وسعی میداشتند هنکامی
که به بهتر روز بسر آمده بود فرشته خدا بصورت ادمی در
خلوة خانه اودر آمد وخودرا بروی ظاهر ساخت وکفت ای
کرنیلیو او بیم خورد وترسان ترسان جواب داد وکفت ای خداوند
تو کیستی او کفت نالش وزاری تو بیش خدا مستجاب شد
وصدقهاء تو در حضرت او مقبول افتاد خدا می فرماید که همین
زمان کسان خود در شهر شوپ بفرست وشمعون را که بیدرو نیز
خوانده می شود طلب کن او در خانه کسی که او شمعون نام دارد
نزدیک بدریا منزل کرفته است او ترا هدایت میکند وبسر منزل
مطلوب میرساند این کفت وغایب شد پس کرنیلیو یکنفر سوار
که او نیز از طالبان حق بود ودو پیاده در ساعت روانه ساخت
تا اورا نیاز وبهر طوری که دانند آن بزرکوار را بیارد ودر آن هنکام
که ایشان بان شهر نزدیک شدند دو بهر روز بود که بیدرو برسم
خود بالاء خانه بجهت عبادة بر آمد بود بعد از فراغ نماز اشتهایش
رسیده بنابرین خادمانش در سامان خوردنی پختن بودند واو سر
بجیب تفکر ومراقبه داشت درین هنکام درهای آسمان کشاده
شدند وچادر بزرک از آسمان فرود آمد وتا زمین رسید وچهار کس از

چهار

چهار کنج کرفته بودند ودران هر نوع جانداران واز چهار بایه
وچرندکان ودرندکان زمین وپرندکان آسمان بودند واز آسمان ندا
شد اي بیدرو بر خیز واینها را بکش وبخور بیدرو سر باز زد
وکفت خدا این چنین نخواسته باشد که این چیزها بخورم بلکه خدا
اینهارا از من دور دارد ومرا بخوردن این چیزها آلوده نسازد که
تا درین مدت هر کز حرام وپلید نخورده ام باز آواز شد که این
چیزها را خدا پاک وحلال ساخته است تو انرا حرام ونا پاک
نخواني وچادر بسوي آسمان بر کردید وپس از زمان بار پیدا شد
وهمان کفت وشنود درمیان بود واین چنین سه بار واقع شد بیدرو
اندیشه مند شد ودر فکر افتاد که این چه معني دارد واشارة بچه
چیز باشد ودرین فکر واندیشه بود که فرستادکان کرنیلیو فرا
رسیدند ودر کوفتند وپرسیدند که شمعون که بیدرو خوانده مي شود
کجا است وخدا در دل سن بیدرو انداخت که سه تن در جست
وجوي تو آمده اند بر خیز وبي ترس وبیم نزد ایشان برو که ایشان
از فرستادکان منند سن بیدرو آکاه شد وفرود امده ایشانرا در
یافت وکفت منم آنکه شما در طلب او آمده اید سبب آمدن بیان
کنید ایشان کفتند کرنیلیو نام مردي است میر صدا دادکر وخدا
ترس است وهمه بر خوبي او کواهي میدهند اورا سروش ندا داده
است که شمعون بیدرو را طلب کن وازو آموخته شو هر آنچه ترا در
کار است او ترا تعلیم میکند سن بیدرو ایشانرا درون خانه برد
وبقدر وسعت خود مهماني کرد وبجا آورد وفرداي آن همراه ایشان شد
ومتوجه آن سو شد وچند از شاکردان نیز همراه کرفت چون بقیصریه

quatuor angulos tenebant. In eo omne genus animalia, & ex quadrupedibus, & [2] reptilibus & feris terræ, & volucribus cœli erant, & è cœlo clamor ortus, Petre, ſurge & hæc macta & ede. Petrus [3] renuit, & dixit, Deus, tale quid ne volitum ſit, ut hæc edam, ſed Deus hæc à me procul habeat, meque edere hæc polluta ne faciat, nam huc uſque unquam illicitum & pollutum non edi. Rurſus vox facta fuit, Quæ Deus munda & licita reddidit, tu ea illicita & immunda ne voca. & linteum in cœlum receptum eſt. at paulo poſt rurſus apparuit, atque eadem locutio & auditio intervenit. atque ita ter contigit. S. Petrus ſollicitus fuit & in cogitationem incidit, hoc quem ſenſum haberet, & quid innueret. dum in hac cogitatione & ſollicitudine fuit, legati Cornelii advenerunt, & oſtium pulſarunt & interrogarunt, an Simon, qui Petrus vocatur, hîc eſt? & Deus in cor S. Petri injecit, Tres perſonæ quæſitum te venerunt, ſurge, & ſine metu aut timore ad eos ito, nam illi [4] à me miſſi ſunt. S. Petrus cognovit rem, & quum deſcendiſſet, agnovit eos & dixit, Ego ſum quem vos quæſitum veniſtis: cauſam adventus explicate. dixerunt, Vir quidam nomine Cornelius eſt, centurio juſtus & Dei timens eſt; & omnes de bonitate ejus teſtimonium dant. Illum Angelus Gabriël oraculo monuit, Simonem Petrum accerſe, & ab eo docetor quicquid tibi neceſſarium eſt, ille te docebit. S. Petrus eos in domum introduxit, & pro modo ac facultate ſua convivium fecit, ac complevit. poſtridie cum ipſis ivit, ſeque eò verſus contulit, & quoſdam ex diſcipulis etiam ſecum ſumpſit. Quum Cæſaræam

[2] *propriè tamen altilia ſignificat, quæ paſcuntur.*

[3] *ad verb. caput repercuſſit.*

[4] *propriè, ex miſſis meis ſunt.*

venit, Cornelius cum omnibus conſanguineis & amicis ſuis obviam venit, & ad pedes ejus in faciem cecidit. S. Petrus eum arripuit & dixit, ſurge, nam ego etiam ſicut tu vir homine ſatus ſum. tum in domum ejus intravit, & multitudine hominum conſpecta dixit, Vos rectè ſcitis, quam ſit abominandum, à Judæis & abrumpi, & peregrinis hominibus adjungi. Verum Deus indicavit mihi, ne quenquam pollutum & immundum vocem. Hinc eſt quod ſine ſcrupulo advocatus à vobis venerim. Hoc innuebatur deſcenſu iſtius lintei animalibus pleni. tunc Cornelio dixit, Nunc à me quid poſtulatis? Cornelius dixit, Quatuor dies ſunt, quod ego in cultu Dei occupatus fui, & à Deo directionem mei petebam. Tunc quidam alba & munda veſte apparuit ac dixit, Corneli, preces tuæ exauditæ ſunt, & eleemoſynæ tuæ obſervatæ à Deo fuerunt. Viros tuos in urbem Ioppe, accerſitum Simonem Petrum, mitte, qui in ora maris in domo Simonis cujuſdam divertit. itaque mandato ejus virum quæſitum te miſi. Nunc adventus tuus benedictæ beatitatis eſt. Ecce convenimus ad audiendum verbum, quod à Deo ad te venit. S. Petrus dixit, Bene novi, & compertum habeo, Deum vultum hominis non accipere, & nemini gratiam ſuam denegare. quicunque eum timet, & bonum operatur, ex quacunque familia ſit, eum acceptum habet. tunc quod à D. Ieſu ad eum venerat, & præcepta fidei ipſi annunciavit. & illi omnes crediderunt & baptizati ſunt, & Chriſtiani facti ſunt. Aliquot dies ibi fuit. poſtea in urbem Antiochiam ivit, atque ibi D. Ieſum annunciavit, & Euangelium prædicavit.

رسید کرنیلیو بشادي تمام با جمع خویشان وندان ودوستان خود استقبال کرد ودر پاي او بر روي افتاد سن پیدرو اورا بر گرفت وگفت بر خیز که من نیز چون تو مرد آدمي زاده ام پس بخانه او در آمد وانبوه مردم دیده گفت شما نیک میدانید که چه قدر مرموم است از یهودان وگسیختن وبا مردم بیگانه پیوستن اما خدا اشارة بمن فرمود که هیچکس را پلید ونا پاک نخوانم ازین است که بي ملاحظه بطلب شما آمده ام این اشارت از نزول آن چادر پر جانوران بود آنگاه بکرنیلیو گفت اکنون از من چه میخواهید کرنیلیو گفت که چهار روز باشد که من در عبادة خدا مشغول بودم واز خدا هدایت خود میخواستم ناگاه مردي سفید وپاکیزه لباس پیدا شد وگفت کرنیلیو دعاي تو مستجاب شد وصدقهاء تو منظور خدا شدند کسان خودرا درشهر شوپ در طلب شمعون پیدرو تعین کن که او در کنار دریا در خانه شمعون نام مردي منزل دارد پس بحکم او کس در جستن وجوي تو فرستادم اکنون آمدن تو مبارک باد اینک هجوم داریم براي شنودن کلام که از خدا بتو رسیده است سن پیدرو گفت خوب دانستم ویقین من شد که خدا روي کسي نمیگیرد واز هیچکس کرم خود دریغ نمیدارد هر که ازو میترسید ونیک کردار است از هر طایفه که بوده باشد اورا قبول میکند آنگاه از آنچه از حضرت عیسي باو رسیده بود واز احکام دین بدو خبر داد وایشان همه گرویدند وعمادا گرفتند وعیسوي شدند چند روز بود بعد از آن بشهر انطاکیه رفت ودر آنجا از حضرت عیسي خبر داد ودعوت انجیل آورد

وحاكم تيوفيلو نام نيز عيسوي شد وخانه خود را كليسيا ساخت
وتختي در آن خانه نهاد كه سن پيدرو بر آن تخت نشسته مردم
را تعليم دهد واز هدايت وكوشش آن بزركوار آنانكه عيسوي
شده بودند در پرستش خدا مي افزودند دراين هنكام كه سن
پيدرو در انطاكيه بسر مي برد تقدير الاهي نيرنكي نمود وعجيب
چيزها ظاهر شد وچنان بود كه در شهر رومية مردي بود
فاوستينو بسيار بزرك بود ودولتمند وهمخانه داشت متي ديانه نام
كه در حسن وصورة وخوبي بي نظير بود اين مرد را ايزد جان
آفرين ازين پارسا زن سه پسر كرامت كرد فاوستو وفاوستينوه
وكليمينته قضارا برادر او شيرمان نام ربوده حسن متي ديانه كرديد
حيلها كرد وبرو ظفر نيافت وبمقصود نرسيد وچون شهوة نفساني
چشم او بسته بود بهيچ ازين بيهوده خويش پشيمان نميشد وپس
نميكرد ومتي ديانه چون خردمند بود در شرم داشت وملاحظه
آن انكه البته پايه عداوت ودشمني برادران نشود اين راز را
پوشيده مي داشت وبا شوهر خود نميكفت پس انديشه مند شد
وقرار داد كه بشهر ديكر رود تا از شر او رهاي يابد ودر عصمت
او رخنه نشود روزي بشوي خود كفت اي خداوند من امشب
بمن چنان ندا شده است كه پسران خود را كرفته ازين شهر
بدر شو بجايي دور دست رفته اقامت كن وكر نه تو با
پسران خود هلاك مي شوي او بهانه اورا راست پنداشت
واز هلاك پسران خود بيم خورده راضي شد واو را با دو پسر
بزرك خود بشهر اثينه فرستاد تا همانجا باشند وعلوم آموزند

چون

Præſes, nomine Theophilus, etiam Chriſtianus factus eſt, & domum ſuam Eccleſiam fecit, ac cathedram in ea domo collocavit, ut Petrus ſuper illam cathedram ſedens homines doceret. & ex inſtitutione & diligentia iſtius Glorioſi, illi qui Chriſtiani facti fuerant, in cultu Dei creſcebant. Dum Petrus Antiochiæ degebat, providentia Dei novum quid fecit, & res mirandæ evenerunt. & tale quid contigit. In urbe Roma quidam erat Fauſtinus. magnus admodum erat & dives, & uxorem habebat nomine Mathidianam, quæ pulchritudine & forma & bonitate incomparabilis erat. Huic viro Deus [1] mundi creator ex hac ſancta muliere tres filios largitus eſt, Fauſtum, Fauſtinum, & Clementem. forte fortuna frater ejus nomine Germanus raptus pulchritudine Mathidianæ fuit. artes adhibuit: at potiri ea non potuit, neque ad propoſitum pervenit. Et quoniam concupiſcentia carnalis oculos ejus ligaverat, nullius harum vanitatum ſuarum pœnitens erat, neq; ceſſabat. Mathidiana, quoniam ſapiens erat, pudore ſuffuſa fuit, & metuens fore ut hoc omnino radix inimicitiarum & odii inter fratres fieret, hoc arcanum occultavit, neq; marito ſuo dixit. quamobrem ſollicita fuit, & decrevit in urbem aliam abire, ut à malitia ejus liberaretur, & in pudicitia ejus læſio non contingeret. Die quodam marito ſuo dixit: Domine mi, hac nocte mihi tale oraculum contigit: Filiis tuis ſumptis ex hac urbe egredere, in locum longinquum profecta ſedem fige: & ſi non, tu cum filiis tuis peribis. ille prætextum ejus verum putavit, & interitum filiorum ſuorum metuens conſenſit, illamq; cum duob[9] filiis ſuis majorib[9] Athenas miſit, ut ibi manerent, & ſcientias diſcerent.

[1] جان *pro animæ, legendum putamus* جهان *mundi.*

g quum

quum in navem intraſſent, forte fortuna in mari tempeſtas eſt orta, fractaque eſt navis, & Mathidiana ſuper ſedile quoddam in littus inſulę incidit, & filii ejus, poſt multum laborem, per ictum maris in manus latronum inciderunt. Mater ex triſtitia & mœrore ſeparationis filiorum quotidie ad quærendum exibat, & in littore maris diem tranſigebat, ſi forte contingat, ut corpora filiorum meorum fluctus in littus ejiciat. & quum aliquamdiu in hac inveſtigatione perduraſſet, nec quicquam inveniſſet, deſperabunda in aliam inſulam abiit, & manum brachiumq; ſuum dentibus præ ingenti dolore morſum inutile reddidit, & quantacunque conſolatio ipſi daretur, nihil profuit. tandem mulier quædam eam centum artibus aliquantulum conſolata eſt, & domum ſuam deductæ locum dedit. in ea ergo domo erat, & ex operatione ac labore ſuo cibum edebat. at forte intra paucos dies manus exaruit, atque iſta mulier etiam in morbum incidit, ac paralytica eſt facta. Mathidiana ex neceſſitate mendicitatem exercuit, atq; ita victum ſuum comparavit. Duos autem filios ejus, qui in manus latronum inciderant, viduæ cuidam Iuſtinæ nomine vendiderunt. Illa vidua eos tanquam filios ſuos nutriens educavit, & nomina illorum immutavit. majorem, Aquilam vocauit: minorem, Niciam appellavit, atque hi ambo aliquamdiu diſcipuli Simonis Magi fuerunt. Sed quoniam à fortuna adjuti fuerunt, cito fraude ac fallacia ejus cognita, conſortium ejus deſeruerunt, & S. Petro adhæſerunt, ac ſervati ab ipſo fuerunt. Pater ipſorum, quum de uxore & filiis ſuis nihil reſciviſſet, & ſic ſat multum temporis ſuper hoc tranſiiſſet, aliquoties

viros

چون بکشتي در آمدند قضا را در دريا طوفان شد وکشتي شکست ومي ديانه بر يک تخته بر کنار جزيرة افتاد وپسرانش بعد از محنت در شلاق دريا بدست راه زنان افتادند مادر از اندوه وغم جدايي فرزندان هر روز بجست وجوي مي بر آمد وبر کنار دريا روز ميکذرانيد تا باشد که تنهايي پسران مارا موج بکنار اندازد وچون مدتي درين طلب بسر برد هيچ نيافت مايوس شده بجزيرهٔ ديکر رفت ودست وبازوي خود بدندان تاسف کزيده بيکار کردانيد وچندانکه دلاسا کرده ميشد سود نداشت آخر زني اورا بصد حيله پاره تسليه کرد وبخانه خود برده جا داد پس در ان خانه مي بود واز رنج ومحنت خود روزي ميخورد قضارا در اندک روز دست او خشک شد وان زن نيز بيمار کرديد وشل شد مي ديانه بحکم ضرورة کدايي کردي وقوة خود پيدا مي ساختي وهر دو پسران اورا که بدست راه زنان افتاده بودند به بيوه زني شستينه نام فروختند آن بيوه زن ايشانرا همچو فرزندان خود تربيت کرده کلان کرد ونامهاء ايشانرا تغير ساخت بزرک را آکيلـه نام کرد وخورد را نيستيه خواند واين هر دو يک چندي شاکردي شمعون ساحر کردند وچون از سعادة بهره داشتند زود بر فريب ومکر او آکاهي برده ترک صحبت او نمودند وبه سن پيدرو پيوستند ومخلص او شدند پدر ايشان چون از کوچ وپسران خود هيچ خبر نيافت ومدة برين بسر آمد چند بار

کسان

کسان خودرا به اثینه فرستاد وچون تا کزیر شد پسر خورد
کلمینته نام را بیکی مردی بزرگ سپرده وخود در جست وجوی
فرزندان خویش بر امد چون در کشتی شد قضارا کشتی او نیز
تباهی شد وشکست وهر چه از نقد وجنس با خود برداشته
بود همه را سیل فنا برد مگر خود بهزار دشواری وحیله برهنه
برامد ازین شرمساری بولایت خود نرفت وچنان شد که در همان
جزیره که کوچش سر می برد افتاد ودر انجا می گذرانید
وهیچکدام از یکدیگر آگاهی نداشت ودرین هنگام کلمینته
بسر حد بلاغت رسید ودرنبه نام یکی از شاگردان حضرت
عیسی بود بتارکی بشهر روما رسیده بموعظه مردم مشغول بود
کلمینته باو بیشتری روزگار بسر می بردی واز سخنان عجیب
وغریب او ذوق داشت روزی آگاهی یافت که سن پیدرو
در انطاکیه خوارق عادات وکرامتها می نماید بنابرین متوجه
ملازمت شد واز سخنان انجیل شنیده آرام گرفت وبدین او در
آمد روزی سن پیدرو ازو می پرسید که مادر وپدر تو
کیستند وشمایان از کدام قبیله اید ودرین مدة چگونه گذرانیده
اید کلمینته تمام ماجرای خود گفت وتلف شدن مادر وپدر
وبرادران خود روشن گفت سن پیدرو بی اختیار گریست
وچندانکه خواست که ضبط آن کند نتوانست تا آنکه روزی
با شاگردان خویش در کشتی در آمده بجزیره مذکور
رفت وکلمینته نیز با سعادة همراهی آن بزرگوار داشت روزی
سن پیدرو تنها سیر میکرد دران جزیره درین هنگام

viros ſuos Athenas miſit. & quum ſine remedio eſſet, filio minimo Clemente viro cuidam præclaro tradito, etiam ipſemet quæſitum filios ſuos exivit. Quum in navi eſſet, forte fortuna navis ejus etiam diſrupta eſt & fracta, & quicquid paratæ pecuniæ & promiſcuæ ſuppellectilis ſecum ſuſtulerat, omne illud torrens abſumpſit. Verum ille mille difficultatibus & artibus nudus evaſit. præ hoc pudore in regionem ſuam non ivit. & contigit ut in eandem inſulam, ubi uxor ejus degebat, inciderit, atque ibi vixerit. neque quiſquam de altero quicquam ſciebat. Hoc tempore Clemens ad terminum adultæ ætatis pervenit. Erat autem quidam nomine Barnabas ex diſcipulis D. Ieſu, qui in encæniis Romam veniens in inſtituendis hominibus occupatus erat. Clemens cum eo maximam temporis partem tranſigebat, & verbis ſtupendis atque admirandis ejus delectabatur. Die quodam intellexit, S. Petrum Antiochiæ inſolita & præclara præſtare. quamobrem contulit ſe ut ei adeſſet, & ex illo verbis Euangelii auditis, tranquillitatem nactus eſt, atque in doctrinam ejus intravit. Die quodam Petrus ex eo quæſivit, Mater & Pater tuus quinam ſunt, & vos ex qua gente eſtis, & per hoc temporis intervallum quomodo vixiſtis? Clemens omnes eventus ſuos dixit, & amiſſionem matris & patris & fratrum ſuorum declaravit. S. Petrus invitus flevit, & quantumcunque vellet id cohibere, non potuit. donec aliquando cum diſcipulis ſuis navem ingreſſus, in inſulam prædictam ivit, & Clemens etiam bonis auſpiciis Glorioſum illum eſt comitatus. Die quodam S. Petrus ſolus ambulabat in illa inſula. tunc temporis

Mathidiana, quæ ad mendicandũ egreſſa fuerat, S. Petrum tranſibat. S. Petrus ſe ei junxit, & dixit, Quare otioſa circumis, & è labore tuo cibum non edis? Mathidiana deſolatum ſuum ſtatum oſtendit, & partem eorum quæ evenerant ſibi declaravit, ac dixit, Manum meam in ſeparatione filiorum poſtquam momordiſſem, & dolores multos paſſa eſſet, [2] exaruit. S. Petrus dixit, mecum juvenis nomine Clemens eſt, is dixit, Matri & patri & fratribus meis tale infortunium evenit. & hæc omnia, naufragium & ſubmerſionem eorum mihi particulatim narravit. Mathidiana quum ejuſmodi rem audiviſſet, oravit & dixit: me domum veſtram deducite, fiat ut iſtum juvenem videam. Nam Clemens eo tempore cum S. Petro non erat. Itaque cum S. Petro domum ejus ivit, quumque ſe mutuo vidiſſent, agnovit. Tum [3] in mutuum complexum ruerunt, & gaviſi ſunt. Hoc tempore Fauſtus & Fauſtinus meditandi gratia exiverant. quumque domum ſuam eſſent reverſi, Mathidianam videntes quæſiverunt, Hæc mulier quænam eſt, & quid agit? Clemens dixit, Mater mea eſt, quam Magiſter meus S. Petrus palam fecit. Quum S. Petrus totam rem geſtam Mathidianæ declaraſſet, & de caſibus qui ipſis evenerant, omnia ſigillatim dixiſſet, & Clemens etiam quædam de domo ſua narraſſet, exclamarunt illi & dixerunt, illa mater noſtra eſt, & Clemens frater noſter. Poſt admirationem magnam & ſtuporem multum ſummo cum gaudio ſe mutuo agnoverunt, & gratias egerunt. Die quodam in eadem inſula S. Petrus precandi gratia ab hominibus ſeceſſum fecit, atque iidem tres fratres in miniſterio ejus erant. Tum

ſenex

[2] *ad verb. aridam reddiderunt.*

[3] *ad verb. ſuper invicem moti ſunt.*

متي ديانه كه بكداي بر آمده بود بر سن بيدرو كذر افتاد سن بيدرو اورا ملازمت كرد وكفت چرا بيكار ميكردي واز رنج خود روزي نمي خوري متي ديانه مهجوري خويش وانمود لختي از سر كذشت خود بيان كرد وكفت دست خودرا در فراق فرزندان از بس كه كزيده ام ودرد بسيار كشيده خشك كرديدند سن بيدرو كفت همراه من جوان كلمينته نام هست اوكفت كه بر مادر وپدر وبرادران من چنين مصيبت پيش آمده است واين همه شكست شدن كشتي وغرق شدن ايشان بمن بتفصيل كفته بود متي ديانه چون اينطور چيزي شنيد زاري كرد وكفت مرا بخانه خود رهنمون كنيد باشد كه آن جوانرا به بينم چه كلمينته در ان زمان همراه سن بيدرو نبوده است پس همراه سن بيدرو بخانه او آمد ويكديكر را ديده شناخت پس بر هم جنبيدند وشادي نمودند درين هنكام فاوستو وفاوستينو بجهت مهمي بيرون رفته بودند وچون بخانه خود باز كرديدند متي ديانه را ديده پرسيدند كه اين زن كيست وچه كاره است كلمينته كفت مادر منست كه استاد من سن بيدرو پيدا كرده است چون سن بيدرو تمام سر كذشت متي ديانه را بيان كرد واز حوادث كه مصيبت ها بر ايشان آمده بودند همه يك بيك كفت وكلمينته نيز بعضي چيزهاء از خانه خود كفت ايشان بانك زدند وكفتند كه او مادر ماست وكلمينته برادر ما پس از تعجب بسيار وحيرت فراوان بتمام شادي يكديكر را در يافتند وشكرانه كردند روزي در همان جزيره بيدرو براي عبادة از مردم كناره كرفت وهمين سه برادر به خدمت او بودند آنكاه

پير

پیر مردی که شکوه وتمکین از روی ظاهر بود پیدا شد اما
فقیرانه نزدیک ایشان آمد ودر سخن شد وگفت ای برادران مرا
بر شمایان دل می سوزد وبرین ریاضت وجفا کشیدن شما
رحم آمد که چندین محنت می کشید غلط می خورید که خدا نمی
باشد ونه عالم را هیچ مدبری وهر چه در جهان روی می دهد
همه از تاثیر کواکبست ودلیل چند بر مدعار خود گزرانید
ونیز گفت من درین علم دانا ام وبتجربه دریافته که این همه از
گردش فلک است پس خواه نماز کنید یا نکنید موافق طالع
خواهد شد کلیمنته وبرادرانش با او در بحث آویختند وثابت
کردند که هر چه می شود از تقدیر خدای مختار است وکواکب
را درین هیچ دخل نیست پیر مرد گفت مرا پیش ازین عقیده بود
که خدا قادر است وهر آنچه او میخواهد می شود اما چیزی
چند بر من واقع شدند که مرا برین اعتقاد نماند زیرا که من آنچه
در زایچه طالع خود وطالع کوچ خود دیده بودم همان شد چه
روزی چنان یافتم که درین زمان مردم بزنا کوشیدند وغلامان
بر کوچ صاحب خود چشم بدکاری کشاینده وعاقبت درد یا
غرق شوند ودر خانه من چنین واقع شود که همخانه امین مرد بر
غلام خود عاشق گردید واز هم وانفعال خود را به بهانه ازین شهر
بیرون برد وبکشتی در آمد وچنان شد که طلاطم امواج کشتیرا
شکست واو غرق شد واین سرگذشت پوشیده ان برادر
من گفت اما اول همان برادر را میخواست وچون او
راضی نشد شنعته غلام گردید واین تقصیر او نبود لیکن

طالع

ſenex quidam, qui majeſtatem & gravitatem ex vultu prodebat, apparuit, ſed paupere habitu. ad eos venit, allocutuſq; eſt & dixit, Fratres, mihi ſuper vos cor uritur, & ob hęc jejuniorum exercitia & miſeriarum perpeſſiones veſtras miſericordia tangor. quod tantum laborem perpetiamini, erratis. nam Deus non eſt, neq; mundo ullum regimen, & quicquid in mundo evenit, omne id ab impreſſione ſtellarũ eſt: & indicia aliquot in extenſione opprobrii mei ſe obtulerunt. Dixit etiam, Ego in hac ſcientia doctor ſum, atq; experientia comperi, omnia hæc à circumvolutione ſphæræ eſſe, itaq; nuncupationem precum faciatis, an non faciatis, ſecundum horoſcopum futurum eſt. Clemens & fratres ejus cum ipſo in diſputatione hæſerunt, & confirmarunt, Quicquid fit, à providentia Dei electũ eſſe, & ſtellis in hoc nullũ eſſe ingreſſum. Senex dixit, Mihi antehac fides fuit, Deum potentem eſſe, & quicquid ille vult, fieri: ſed res aliquot mihi evenere, quæ mihi de hoc fidem non reliquerunt. nam quod ego in tranſitu horoſcopi mei & horoſcopi uxoris meæ vidi, idem illud eſt, quod aliquando tale comperi. nam hoc tempore homines fornicationi ſtuduerunt, & ſervi in uxorẽ heri ſui oculos improbitatis aperiunt, & pœna morb⁹ aut ſubmerſio ſunt. & in domo mea tale contigit: uxor fidelis viri ſervum ſuum deperiit, & præ ſollicitudine ac paſſione cum prætextu ex hac urbe ſe ſubduxit, & in navẽ intravit, factumq; eſt ut ictus fluctuum navem fregerint, atq; illa ſubmerſa ſit. & hoc factum occultũ erat. illud frater mihi dixit. Sed & prius illum ipſum fratrẽ cupiverat. & quum ille non conſentiret, infamia ſervi eſt facta. ſed hęc culpa ejus non fuit, verũ

h horoſcopus

horoſcopus eam in hoc impulit. Tum S. Petrus loqui cœpit & dixit, ut ſcias hoc opinionem & nefarium quid eſſe, & quod qui deceptus eſt arbitrio ſtellarum ſubjectus fuerit, ab inſcitia proficiſci, ecce uxorem tuam Mathidianam quæ caſta & ſancta eſt, & ecce filios tuos Fauſtum, Fauſtinum & Clementem. omnes oculos in faciem alii aliorum fixerunt, & ſummo cum gaudio ſe mutuo agnoverunt. qui præſentes aderant in admiratione fuerunt, & attoniti Deum laudarunt. Exinde ſenex iſte quoque Chriſtianus factus eſt, & Euangelio credidit. S. Petrus Mathidianæ ſanitatem reſtituit, & illam mulierem, cui contubernalis erat, illam quoque ab iſta paralyſi liberavit. atq; illi omnes reliquam vitam in cultu Dei tranſegerunt. Poſtea S. Petrus Hieroſolymam eſt reverſus, & omnia quæ geſta fuerant ſigillatim ſociis ſuis declaravit. illi quoq; gaviſi ſunt, de eo quod doctrina Euangelii inter Ethnicos etiam obtinuiſſet. Hoc tempore Herodes Princeps Iudæorum erat. atq; ille, ut eos ſibi faventes haberet, perpetuo Chriſtianos affligebat. S. Petrum captum in carcerem miſit, & dixit ut eum in duabus catenis cuſtodirent. aliquotq; viros in cuſtodiam ejus reliquit, ac decrevit ut poſtquam tranſiiſſet tale feſtum, eum occiderent. Quamobrem ubicunq; Chriſtiani erant, mœrentes ac triſtes vivebant, ac precabantur, & à Deo liberationem ejus poſtulabant. nocte quadam, quum poſtridie tempus interficiendi S. Petri decretum eſſet, S. Petrus dormivit. & in medio duorum virorum, qui capiti ejus cuſtodiæ gratia aſtabant, & per medium turbæ, quæ portam carceris, ad cuſtodiendam eam, cingebat, Angelus Dei forma

طالع اورا برین داشت سن بیدرو درین هنکام بسخن درامد وکفت تا بدانی که این کمان وفاسد است وغلط کرده محکوم ستاره بودن از بی دانشی است اینک کوج تو میدیانه نام که پاك وپارسا است واینك پسران تو فاوستو وفاوستینو وکلمینته همه نظر بر روی یکدکر دوختند وبشادی بزرك همدیکر را در یافتند آنانکه حاضر بودند در عجب شدند وحیرت نموده سپاس خدا کفتند پس آن مرد پیر نیز عیسوی شد وبر انجیل ایمان آورد وسن بیدرو میدیانه را صحت داد وان زن را که باو همخانه بود اورا نیز ازان شلی نجات بخشید وایشان همه باقی عمر را در بندکی خدا کذرانیدند بعد از ان سن بیدرو بشهر اریشلیم باز کردید وهر آنچه کذشته بود یکبیك بیاران خود بیان کرد ایشان هم شادی کردند ازین که دین انجیل در مردم غیر کتابی نیز رواج کرفت درین هنکام هردوس سلطان یهودان بود واو تا ایشانرا از خود راضی دارد ودایم آزار عیسویان کردی سن بیدرو را کرفته بزندان فرستاد وکفت مر اورا در دو زنجیر نکاهدارند وچند کس را به پاسبانی او کذاشت وقرار داد که بعد از کذشتن فلان عید اورا بکشند بنابرین هرجا عیسوی بود اندوهناك وغمکین میزیست وعبادة میکرد واز خدا خلاصی او خواستی شبی که فردا عوان کشتن سن بیدرو مقرر بود سن بیدرو را خواب برد ودر میان دو کس که بر سر او برای پاسبانی ایستاده بودند واز میان جماعه که بر دروازه زندان در حفظ او احتیاط مـــی داشتند فرشته خدا بصورة

یکمرد جوان فرود آمد وتمام زندان از نور او تابان شد ودر پهلوی
سن پیدرو سقلمه زد واورا بیدار کرد وگفت بشارة است بشتاب
وبر خیز و پیراهن خود بپوش وچادر خود بر بند وکمر خود محکم
کن وعقب من روان شو درین هنگام هر دو زنجیر از دستهای او
جدا کرد سن پیدرو بر خاست ودر پی او روانه شد واز میان
پاسبانان گذشتند ودرها را گشاده یافتند چون بیرون شد فرشته
پاره با او همراهی کرد آنگاه غایب شد عیسویان ازین آگاهی یافتند
که سن پیدرو خلاص شده است شادیها کردند وشکرها بجا
آوردند اما چون بامداد شد هیرودوس غافل ازین که عنایت ایزدی
شب چنین نیرنگ نموده است کسان خود را فرستاد که اورا بیرون
کرده بکشند وچون دانست که او خود بیرون رفته است بپاسبانان
در غضب شد وبعد ازانکه دریافت که حقیقت کار چه بود حیران
ومتعجب گردید اما او بمجازای خدا نماند زیرا که روزی از روزهای
بزرگ جامهاء فاخر ومرصع بجواهر تابان وگران بها پوشیده بر
جای عظیم بزرگ بر آمد وسخنان بلند وبغایت متکبرانه میگفت
ومردم اورا همچون خدای خود می پرستیدند واو غرور گرفته
شکر وسپاس خدا چنانچه شایسته بندهای خدا شاکرست
بجا نیاورد فرشته خدا از آسمان فرود آمد واورا از دور زخمی
گردانید بطور یک آن فاسد شد وکرم دران افتاد وبد بو گردید
بهمان درد مرد سن پیدرو را خدا بضد او در چشم همگنان
عزیز گردانید ومکرم تر ساخت وان زنجیر را که باو بسته شده
بود مظهر عجایبات کرامات کرد چنانچه مردم آنرا بجست وجوی

فراوان

viri cujuſdam juvenis deſcendit, & totus carcer à luce ejus ſplenduit, & latus S. Petri percuſſit, eumq; expergefecit & dixit: Lætum nuncium eſt, feſtina & ſurge, & induſium tuum indue, & pallium tuum accinge, & cingulum tuum firma, & me ſequere. tum ambas catenas à manibus ejus ſeparavit. S. Petrus ſurrexit, eumque ſecutus eſt, & per medios cuſtodes tranſiverunt, foreſque apertas invenerunt. Quum exiviſſet, Angelus paululum eum eſt comitatus. tum diſparuit. Chriſtiani cognoverunt, S. Petrum liberatum eſſe, gaviſi ſunt, & gratiarum actiones celebrarunt. Sed quum aurora orta eſſet, Herodes neſcius gratiam Dei de nocte rem tam novam effeciſſe, viros miſit, ut eum eductum interficerent. & quum cognovit, eum ipſum exiviſſe, cuſtodibus ſuccenſuit, & poſtquam cognovit quænam eſſet rei veritas, attonitus & mirabundus factus eſt. Sed ille impunitus à Deo non manſit. Nam die quodam ex diebus magnis, veſtes ſuperbas & plumatas, gemmis ſplendentes & precioſas indutus in locum ampliſſimum aſcendit, & verba ſublimia ac vehementer gloriantia dixit, Homineſque eum tanquam Deum ſuum adorabant, atque ipſe deceptus gratiarum actionem & laudem Dei, quemadmodum decet Servos Dei gratos, non præſtitit. itaque Angelus Dei è cœlo deſcendit, eumque è longinquo vulneravit, protinus ille computruit, & calor in eum incidit, & mali odoris factus eſt. hoc ipſo morbo obiit. S. Petrum Deus, contra quam illum, in oculis omnium honoratum reddidit, & magis venerandum effecit: & illi catenæ qua ligatus fuerat, productionem miraculorum largitus eſt: adeo ut homines eam, indagatione

multa

multa ſibi comparatam, ante ſe tenuerint. E numero miraculorum catenæ ipſius hoc eſt: Tempore Theodoſii Cæſaris, qui trecentis octoginta octo annis à nativitate Chriſti fuit, uxor ejuſdem Cæſaris nomine Eudoxia, ad luſtrandum ſepulchra & videndum Præſules Hieroſolymam ivit. In hac luſtratione & itinere quum ad iſtam catenam veniſſet, eam oſculata eſt, & oculis inunxit, & à Præſulibus Malthę veniam adepta, catenam Romam tulit, & Papæ Gelaſio oſtendit. Papa catenam aliam, qua Petrum etiam in hac urbe Roma conſtrinxerant, in conſeſſum produxit. ambæ catenæ ex oppoſito collocatæ fuerunt. ſingula è loco ſuo procedente, ambæ ſe conjunxerunt, adeo ut ullibi ſignum conjunctionis & unionis in medio non apparuerit: & uſque ad hodiernum diem ita eſt. Et in hoc celebris facta eſt, quod hominibus fides per eam crevit, atque etiam quicunque eam gutturi ſuo alligavit, à quovis morbo ſanatus fuit, & dæmoniacis liberatio facta. S. Petrus, poſtquam è manu Herodis liberatus fuit, in vocatione hominum occupatus fuit. Quum cognovit, Simonem Magum, de cujus rebus pars ſupra dicta fuit, Antiochiam veniſſe, & multos à via Euangelii ad præſtigias & Magiam abduxiſſe, & mirandas res virtute Magiæ facere, eaſque miracula vocare, & S. Petro firmitatem doctrinæ comprimere, protinus ad eos fines ſe contulit, atque eos qui ſeducti fuerant in ſtatum ſuum reſtituit, & ii qui Simoni crediderant, nudis pedibus & ſaccis induti cum ſubmiſſione & ſupplicatione in comitatum ejus venerunt, & pœnitentiam egerunt: atque ipſe ex miſericordia eos recepit, & peccatum eorum præteriit, & ubicunq;

in

فراوان بدست آورده پیش خود داشتند از جمله کرامتهای او زنجیر آنست که در زمان تیودوسیو قیصر که سیصد وهشتاد وهشت سال از ولادة مسیح بود کوچ همان قیصر ایودوکسیا نام برای طواف مقابر ومشاهده بزرگان در شهر اریشلیم آمد دربین طواف وسیر چون بدان سلسله رسید انرا ببوسید وبر چشم مالید واز بزرگان ملت رخصت گرفته زنجیر رابرومه آورد وبپاپه سیلاسیو نام نمود پاپه زنجیر دیگر که پیدرو را نیز درین شهر رومه مقید ساخته بودند در مجلس آورد هر دو زنجیر مقابله شدند هر کدام از جاء خود پیش آمده هر دو پیوستند آنچنان که هیچ جا نشان پیوند ووصل در میان پیدا نبود وتا امروز اینچنین است وباین نامور گردید که مردم را اعتقاد بدان افزود ونیز هر که آنرا در گلوی خود بستی از هر بیماری خلاص شدی ودیو گرفته را رهایی میشد سن پیدرو بعد از انکه از دست هیرودوس خلاص گردید بدعوت مردم مشغول بود وچون آگاهی شد که شمعون جادو گر که لختی از احوال او بالا گفته شده است بشهر انطاکیه آمده است وبسیار مردم را از راه انجیل بجادو گری وسحر برده است وعجیب چیزها بقوة سحر میکند وآنرا معجزه نام می نهد وسن پیدرو را تعصب دین افشرد ودر ساعت روانه آن حدود شد وآن مردم را که گمراه شده بودند باز بحالت خود آورد وآنانکه اعتقاد بشمعون آورده بودند برهنه پا وپلاس پوش بعجز وزاری درملازمت او آمدند وتوبه کردند واو از مهربانی ایشانرا قبول کرد واز گناه ایشان بگذشت وهر جا

در

در ان شهر بیمار بود اورا بیش او می آوردند او همین که بر ایشان
نام حضرت ایشوع خواند نوری بزرك از آسمان فرود آمد ودر
ساعت تندرست شدند وبرخاستند وبپای سن بیدرو کرفتند
وسپاس خدا کفتند ودر یك هفته بیش از ده هزار کس بدین
او در آمدند وعمادا کرفتند وسن بیدرو در انطاکیه بود که باو
الهام شد که بشهر رومه که تختکاه قیصر بوده برود ودر ان جا بوده
تعلیم انجیل دهد پس رفت وبدعوت مردم مشغول شد وعجیب
چیزها نموده بسیاری از یهود ودیکر مردم را عیسوی ساخت
تا آنکه هفت سال درین شهر بزرك بر پیروان مسیح سرداری
کرد ودرین هنکام کلاودیو نام قیصر چون شنید که یهودان
مردم را بدین نو می خوانند بر اشفت وفرمان داد که همه را از
شهر اخراج کنند پس بحکم ضرورت این بزرکوار نیز بیرون شد
وتعلیم دهان ودعوت کنان باز باوریشلیم آمد واز پای وقدم او
شورشها که عیسویانرا بهم شده بود فرو نشست تا آنکه
کلاودیو رخت هستی بر بست ونیرو نام داماد او جانشین او
کشت وبسیاری از یهودان وعیسویان لطف ومهربانی ازو دیده
برومه بر کشتند درین هنکام چون سن بیدرو شنید که شمعون
ساحر در رومه نامور شده است ومردم بسیار در پای او رفته
اند پس عزیمت کرد که خودرا بدان جایکاه باز رساند ومردم را
از قلابی وحیله ودروغ او آکاه سازد وهدایت کند پس برومه
آمد ودرین زمان سن باول نام نیز از شاکردان حضرت عیسی
را درین شهر کذر افتاد پس سن بیدرو وسن باول هردو باتفاق

در

in ista civitate æger esset, eum ad ipsum adducebant. Simulac ipse super eos nomen D. Iesu nuncupasset, lux magna è cœlo descendit, & protinus sanati fuerunt, ac surrexerunt, & pedes S. Petri prehenderunt, Deumque laudarunt. una septimana plus quam decem millia virorum in doctrinam ejus intrarunt, & baptizati fuerunt. Dum S. Petrus Antiochiæ esset, divinitus admonitus est, ut Romam, quæ sedes imperii Cæsaris erat, iret, atque ibi existens Euangelium doceret. Ivit itaque, & in vocatione hominum occupatus fuit, & res mirandas faciens, multos ex Judæis & aliis Christianos reddidit, donec septem annos in magna ista urbe in asseclas Christi primatum exercuit. Tunc temporis Claudius Cæsar, quum audivisset, Judæos homines in religionem novam vocare, indignatus est, & jussit ut omnes ex urbe ejicerent. Quocirca ex necessitate Gloriosus hic quoque exiit, ac docens & prædicans Hierosolymam rediit, & [1] per adventum ejus, motus, quos Christiani inter se habebant, sedati fuerunt. donec Claudius [2] vitam finiit, & Nero gener ejus successor ejus factus est, & multi Judæorum ac Christianorum clementiam ac misericordiam ejus videntes Romam sunt reversi. Hoc tempore quum S. Petrus audivisset, Simonem Magum Romæ celebrem esse factum, & multos eum sectari, tum deliberavit se isthuc loci referre, & homines de conversatione ac fraudibus mendaciisque ejus edocere, atque instruere. Romam itaque venit, eodemque tempore S. Paulum etiam ex discipulis D. Iesu in eandem urbem transire contigit. quocirca S. Petrus & S. Paulus ambo pariter

[1] *ad verb. ex pede & gressu ejus.*

[2] *ad verb. su pellectilem molestiarum colligavit.*

i in

in confutatione Simonis Magi & custodia hominum versati sunt, quia sciebant Simonem miranda & nova facientem, animum Cæsaris occupasse, & adeo credulum sui reddidisse, ut eum numen suum putarit, existimaritque quod conservatio terræ in eo consisteret: atque homines à Dei adoratione ad adorationem sui perduxisse. Ille ut verba sua super thronum collocaret, [3] & Cæsari persuaderet, mori & vivere in potestate arbitrii sui esse, dixit Cæsari, Ego veniam dedi, ut caput meum à corpore amputes, & post tres dies ego reviviscam, & te accedam. Mandato itaque Cæsaris illi collum cæciderunt. At quum carnifex se ad occidendum, & laminam in ipsum impellendam componeret, ille qui in præstigiarum exercitio promtus erat, incantamenta nuncupare aggressus est, ac tantum effecit, ut ovis adfuerit, & homines istam ovem Simonem esse putarint. Carnifex itaque laminam in istam ovem impulit, & caput ejus amputavit. tum & effigies ovis & Simon è medio disparuerunt, & post tres dies se palam fecit, & Cæsarem adiit. Cæsar attonitus fuit, & firmitati ac veritati prædicationis ejus credidit. Alio die cum Cæsare in conclavi erat, atque eodem tempore in foris variis hominum agminibus se manifestavit & allocutus est. factumque est ut Diabolus loquente ipso, se ad similitudinem ejus expressum, in oculis hominum revelaverit. plurimos homines præstigiis & incantamentis ægros reddidit, & rursus eorundem incantamentorum nuncupatione sanitatem dedit. adeo ut ejusmodi multa fecerit, & homines eo adduxerit, ut effigiem ejus exornatam in domicilio suo servarint, & ad latus istius effigiei

[3] *ad verb. & cordi Cæsaris insidens faceret.*

در مدافعه شمعون ساحر وحفظ مردم شدند چرا كه دانستند كه
شمعون چيزهــا عجيب وغريب نموده در دل قيصر جاي كرده
وچند ان معتقد خود ساخته كه اورا معبود خود ميدانست ومي
انكاشت كه حفظ ملك وابسته بدوست ومردم را از خدا پرسي
به پرستش خود آورده واو تــا سخن خودرا بر كرسي نشاند
ودل نشين قيصر سازد كه مردن وزيستن در قبضه تصرف او
است بقيصر كفت كه من رخصت دادم كه سر مرا از تن جدا
كني وپس از سه روز من باز زنده خواهم شد وپيش تو خواهم
امد پس بحكم قيصر اورا كردن زدند در آن هنكام كه سر
هنك متوجه كشتن وتيغ انداختن برو شد او كه در جادكري
دستكارا بود بافسون خواندن در آمد وآنچنان كرد كه كوسفند
حاضر شد ومردم آن كوسفند را شمعون پنداشتند پس سر
هنك تيغ بران كوسفند انداخت وسرش جدا كرد وهم قــالب
كوسفند وهم شمعون از ميان غايب شدند بعد از سه روز خودرا
ظاهر كرد ونزد قيصر آمد قيصر حيران شد وبر حقيقت ودرستي
دعوي او ايمان آورد روز ديكر بــا قيصر در خلوت بود ودر
همين وقت در بازارهــا فوج فوج مردم خودرا ظاهر ساخت
وسخن كرد وچنان بود كه شيطان بكفته او خودرا بشكل او ساخته
در نظر مردم اشكارا ميكرد بيشتري مردم را بسحر وافسون
بيمار كردي وباز بهمان افسون خواندن تندرستي دادي حاصل
كه اينطور چيزهــا بسيار كرد ومردم را بران آورد كه صورة او
نكاشته در جاي خويش نكاه داشتند ودر پهلوي آن صورة

نوشته که شمعون معبود پاک وچون سن پیدرو واین طور چیزها
ازو دید واعتقاد قیصر ومردم برو مشاهده کرد رنج زده شد
وچندانکه مخالفت نمود وبکفتار وکردار وي ظاهر کردن بطلان او
کوشید هیچ سود نکرد اما رفته رفته دل قیصر اندک ازو سرد
شد چون کارهاي عجیب سن پیدرو از مردم بي هم شنید تا آنکه
سن پیدرو روزي به قیصر کفت که شمعون دروغ کوست وهرچه
میکند از سحر وجادوست که مردم را فریب میدهد درین زمان
شمعون کفت بیش ازین تاب ندارم ودیکر از پیدرو که دشمن
جانمن است نخواهم برداشت وملایک خودرا خواهم فرمود که ازو
انتقام کیرند سن پیدرو کفت من از فرشتکان تو بیم ندارم بلکه
ایشان از من مي ترسند قیصر پیدرو را کفت از شمعون نمي ترسي که
دعوي خودرا بچندین کارها بزرک وغریب ثابت میکند سن پیدرو
کفت اکر او خدا است همه چیز داند وبر اسرار نهان چنانچه باید
مطلع است پس بداند که در اندیشه من چیست وچه خواهم کرد
تا من نیز باو بکروم ومن اندیشه خودرا نخستین در کوش قیصر
میکویم تا مرا دروغ زن نکرداند از مکر وحیله او رهاي باشد
قیصر قبول کرد پس سن پیدرو کفت مرا یک ته نان عنایت کن قیصر
فرمود که بدهند پس سن پیدرو به شمعون کفت تو که خودرا خدا
میخواني بکو که من چه کردم وچه کفتم شمعون کفت تو بکو که در
اندیشه من چیست سن پیدرو کفت من آنرا بکفتار وکردار خواهم وانمود
شمعون خشمکین شد وبانک زد وکفت سکان بزرک من بیرون شوند
پیدرو را فرو برند در ساعت دیو چند صورة سکان کرفته ظاهر شدند

scripserint, Simon numen Sanctũ. Quum ergo S. Petrus & talia ab ipso vidisset, & Cæsaris hominumque fidem in eum conspexisset, ægrè tulit. & quantumcunq; adversatus sit, & in dictis factisque ejus manifestare vanitatem ejus studuerit, nihil profecit. Tamen paulatim cor Cæsaris aliquantum ab eo refrixit, quoniam opera admiranda S. Petri ab hominibus unà audivit. donec S. Petrus die quodam Cæsari dixit, Simon falsiloquus est, & quicquid facit, ex magia & præstigiis est, ut hominibus fraudem faciat. tum temporis dixit Simon, Diutius splendorem non habeo, & amplius à Petro qui hostis animæ meæ est, non patiar, sed Angelis meis imperabo, ut de ipso vindictam capiant. S. Petrus dixit, ego ab Angelis tuis nil metuo, sed illi à me timent. Cæsar dixit Petro, à Simone non times, qui prædicationem suam tot operibus magnis & peregrinis confirmat? S. Petrus dixit: si is Deus est, omnia novit, & arcana occulta, quemadmodum oportet, intuetur. Sciat itaque, in cogitatione mea quid sit, & quid facturus sim, ut ego etiam in eum credam. ego autem cogitationem meam primum in aurem Cæsaris dicam, ne me mendacem agat, & ex fraude & artibus ejus liberatio contingat. Cæsar acquievit. S. Petrus itaque dixit, Mihi unum panem indulge. Cæsar jussit, darent. tum S. Petrus Simoni dixit: Tu qui te Deum vocas, dic quid fecerim & quid dixerim. Simon dixit, tu dic quid in mea cogitatione sit. S. Petrus dixit, Ego id verbis & facto ostendam. Simon indignatus est, & clamavit, ac dixit, Canes magni mei prodeant, Petrum prosternant. Protinus dæmones aliquot, forma canum arrepta, apparuerunt,

&in S. Petrum irruerunt. Tum S. Petrus panem illum suum occultum, quem à Cæsare acceperat, ut memoratum fuit, produxit, & preces super eum nuncupavit, & canibus objecit. Canes inde timuerunt, & disparuerunt. Tunc Cęsari dixit, Ecce, facto ostendi id quod in mente ejus fuit. manifestatum est, canes ejus, quos ad oppugnandum me prodire fecit, Angelos non fuisse sed canes. Simon pudibundus factus est, & erubuit, & dixit: Audite Petre ac Paule, si mihi hodie de vobis non potui satisfacere, die quodam veniam ut in vos judicium exerceam. Sed nunc vobis gratificatus sum. Post quinque dies alios cœtus multitudinis hominum convenit, & Simon ibi præsens fuit. prædicavit dicens, Ego mortuum vivificabo. Asseclæ ejus fervebant, ut hoc opus in oculis hominum in actum deduceretur, ut fides hominum à S. Petro deficeret, eumque in hoc miraculo excelso victum exponerent. Forte fortuna contigit, juvenem quendam famosum & notum tunc temporis obiisse. Certiorem S. Petrum fecerunt, Simonem velle eum vivum reddere, ut doctrina ejus confirmaretur. S. Petrus de hoc certior factus, cum aliquot ex suis asseclis profectus est, atque eo ivit. quumque advenisset, dixit hominibus, Simon impostor & præstigiator est. Homines conspirarunt, dicentes, Quisquis ex his duobus vivificare hunc virum non poterit, ecce is interficietur. & ambo hanc conditionem acceperunt. mortuum itaque attulerunt. Simon in nuncupandis incantamentis suis occupatus fuit. post temporis paululum conspectum fuit, caput mortui agitari & moveri. Homines ob hunc motum * veritati Simonis adstipulantes

* *ad verb. vestigium in veritatem Simonis ferentes.*

clamorem

وبر سن بیدرو حمله آوردند درین هنکام سن بیدرو آن نان نهفته
خود را که از قیصر کرفته بود چنانچه مذکور شد بیرون کرد
ودعا برو خواند وسوي سکان انداخت سکان ازوي ترسیدند
وغایب شدند آنکاه بقیصر کفت اینك بکردار وانمودم آنچه در
ضمیر او بود ظاهر شد که سکان او بعداوة من بیدا کرده بود
فرشتکان نبودند بلك سکان شمعون شرمنده شد وخجالت کشید
وکفت بشنوید اي بیدرو وپاول اکر مرا امروز باشما نتوانستم
پس آمد روزي خواهم آمد که بر شما داوري کنم اما اکنون
شمارا بخشیدم وپس از پنج روز دیکر جماعتي انبوه از مردم کرد
آمده بودند وشمعون در انجا حاضر شد دعوي کرد که من مرده
رازنده کنم وپیروان او بجد شدند که این کار در نظر مردم
بفعل آید تا عقیده مردم از سن بیدرو زایل کردد واورا بدین
کرامت عالي مغلوب سازند قضارا چنین واقع شد که جواني نامور
وشناس درین هنکام در کذشت واین خبر به سن بیدرو آوردند
که شمعون میخواهد که اورا زنده کرداند تا هدایت او ثابت شود
سن بیدرو ازین آکاهي با چندین از پیروان خود روان شد وآنجا
رفت وچون پیوسته بمردم میکفت که شمعون دغا باز وجادوکر
است مردم اتفاق کردند که هر که ازین دوتن از زنده ساختن
این مرد عاجز کردد هر آینه او کشته شود وهر دو این شرط را
قبول کردند پس مرده را آوردند شمعون بخواندن افسون خود
مشغول کردید بعد از زماني نمودار شد که سر مرده در حرکت
وجنبش است مردم ازین حرکت پي بر صدق شمعون برده

فریاد

فرياد كردند ونزديك بود كه سن بيدرو را سنكسار كنند سن بيدرو كفت خاموش باشيد وزمان بياساييد واز من شنويد آنكاه كفت اكر اين مرده زنده شده است پس بر خيزد وروان شود وسخن كند وكر نه بتحقيق بدانيد كه آنچه حركت ميدهد خياليست وشمعون را لختي از نعش او دور كنيد ودانيد كه اين مرد دروغ كوست وچون اورا دور كردند درو ودر ان نعش قدري فاصله شد آن قالب از حركت وجنبش خود باز استاد آنكاه سن بيدرو از ان نعش دورتر رفته دعا كرد وبانك زد وكفت اي جوان بنام ايشوع مصلوب بر خيز در ساعت بر خاست وروان شد مردم از ديدن اين كرامت بزرك در عجب شدند وخواستند كه شمعون را سنك سار كنند امـــا سن بيدرو مانع شد وكفت جزاي او همين است بس كه اين خجالت برد ومرا استاد من ايشوع تعليم كرده است كه هر كرا نسبت خود بد بيني باو نكويي كن شمعون ازين شرمساري بدر رفت وبر در يك از شاكردان سن بيدرو وسيليو دام ديوي بصورة سك درنده ساخته بست وهمكي مقصود آن كه سن بيدرو بخانه او آيد واين سك اورا خواهد دريد چون سن بيدرو آنجـــا رسيد سك برو حمله كرد اما همين كه او نشان صليب برو كشيد آن شورش او فرو نشست وسن بيدرو اورا خلاص كرد وكفت خانه شمعون برو ودر راه هيچكس را نرنجاني بس آن سك بيش شمعون رفت وبرو حمله آورد وجامهاي او پارة كرد نزديك بود كه تن او نيز بدرد سن بيدرو بنور باطن در يافت وبسرعت خود را نزد او رسانيد

وسك

clamorem ediderunt, & prope fuit ut S. Petrum lapidarent. S. Petrus dixit, tacete & paululum quiescite, meque audite. tunc dixit: Si hic mortuus vivificatus est, surgat ergo & ambulet, & loquatur. Et si non, revera cognoscite, id quod movetur phantasma esse. Simonem paululum à loculo removete, & cognoscetis hunc virum falsiloquum esse. quum eum removissent, in ipso & in loculo virtutis separatio facta est. illa forma ab agitatione & motu suo cessavit. Tunc S. Petrus ab illo loculo longius digressus, precatus est, & exclamavit, & dixit, Adolescens, in nomine Iesu crucifixi surge. protinus surrexit & ambulavit. Homines ex conspectu hujus miraculi magni in admiratione fuerunt, & voluerunt Simonem lapidare. Sed S. Petrus prohibuit & dixit: Pœna ejus hoc ipsum est. Sufficit eum hanc ignominiam retulisse. & me præceptor meus Iesus docuit, Cuicunque imputari suum malum vides, ei bene fac. Simon ob hanc ignominiam foras se proripuit, & in ostio cujusdam ex discipulis S. Petri, nomine Vigilii, dæmonem forma canis rapacis expressum ligavit, totumque propositum fuit, ut S. Petrus in domum ejus veniret, atque hic canis eum discerperet. Quum S. Petrus eo venit, canis in eum irruit. Sed simulac ille signum crucis super eum traxit, hæc commotio ejus subsedit. & Petrus eum solvit ac dixit, Domum Simonis abi, & in via nemini molestiam infer. tum canis ille Simonem adiit, & in eum irruit, vestesque ejus dilaceravit. prope erat ut corpus ejus quoque discerperet. S. Petrus luce interna id cognovit, & propere se ad eum contulit,

k canemque

canemque objurgavit & cohibuit. Tandem homines ex minimis & maximis confluxerunt, eumque ex urbe expulerunt. ille ob has ignominias anno uno in urbem non introiit. Postea rursus in urbem venit, & rebus aliquot patratis, per gratiam Cæsaris magnus & clarus evasit. Die quodam homines congregavit & dixit: me Galilæorum tædet. nunc hanc urbem, quam in tutela mea habui, deseram. dixit quoque, Ego tali die videntibus vobis in cœlum, quod habitaculum meum est, transibo, & hunc mundum deseram: nam hoc conveniens mihi non video, ut diutius in terra maneam. Quum itaque dies condictus advenisset, homines ex primariis & plebeiis convenerunt. S. quoque Petrus & Paulus præsentes fuerunt, ut fallaciam & vanitatem ejus patefacerent. Simon itaque in turrem excelsam ascendit, & loqui cepit. Nunc iracundiam ostendebat, alimentoque suo accenso circumibat. Nunc os latè aperiebat & dicebat, quare permisistis ut me afflixerint? Nunc dicebat, doleo vos à peregrinis quibusdam adeo decipi. tamen non obstante hoc si de peccatis vestris pœnitentiam ostenditis, ecce vobis opem feram. Homines oculis apertis expectabant & mirabantur, finis hujus quis futurus esset, & quid eventurum esset: donec corona acupicta capiti suo imposita, ab illa turri excelsa avolans, in modum volucrium sublime petiit. Quum homines illum in hoc statu vidissent, clamor ex [1] positione eorum ascendit, & laudare eum cœperunt. tum S. Paulus S. Petro dixit: tuum est præcipere, at meum est preces elevare. S. Petrus dixit, oculos tuos attolle & vide. quum vidissent, eum altius ire,

[1] *vel constitutione.*

&

وسک را سر زنش کرد وباز داشت اخر مردم از خورد وبزرک
هجوم آوردند واورا از شهر راندند او ازین شرمندکیها یکسال
بشهر در نیامد بعد از ان باز بشهر آمد وچیزي چند کرده بعنایت
قیصر بزرک ومعتبر کردید روزي مردم را جمع کرده وکفت که
من از جلیلیان رنجیده شده ام اکنون این شهر را که در حفظ
خود میداشتم خواهم کذاشت ونیز کفت که من در فلان روز در
نظر شمایان بر آسمان که ماواي منست خواهم کذاشت واین
جهانرا خواهم ماند که این لایق بخود نمي بینم که بیش ازین بر
زمین باشم پس چون روز موعود رسید مردم از خاص وعام جمع
شدند وسن پیدرو وپاول نیز حاضر شدند تا بازي وبطلان
او پیدا سازند پس شمعون بر مناره بلند بر آمد ودر سخن شد
کاهي غضب مینمود روزي خویش افروخته میکردد وکاهي زبان
اعتراض میکشاد ومیکفت چرا روا داشتید که مرا رنجانیدند
وکاهي میکفت افسوس که شمایان از بیکانه چند چنین بازي
مي خورید اما با وجود این اکر از کناهان خود پشماني مي
نمایید هر آینه شما را مدد میرسانم مردم چشم کشاده منتظر وحیران
بودند که غایت این چه باشد وچه روي دهد تا آنکه تاج مرصع بر
سر خود نهاده از ان مناره بلند پرواز نموده مانند پرندکان اوج
کرفت چون مردم اورا باین حال دیدند غریو از نهاد ایشان بر آمد
وستایش او آغاز کردند درین هنکام سن پاول به سن پیدرو کفت
از تو اشارة کردن است واز من دست دعا برداشتن است سن پیدرو
کفت چشمان خود بلند کن وبه بین وچون دیدند که بلند تر میروند

وشور

وشور وغوغـــا بیش از بیش می شود سن پاول بـه سن بیدرو
کفت ای بیدرو اکنون چه کار تاخیر وتوقف است انچه آغاز
کرده بانجام رسان سن بیدرو سوی شمعون نکریست وکفت
ای دیوان ملعون شمارا سوکند میدهم بنام ایشوع خداوند خود
که دیکر این شمعون را به پرواز مکذارید بلک اورا بکذارید
که سرنکون بیفتد در ساعت اورا فرو کذاشتند ودر نظر همه
مردم افتاد وکردنش بشکست آنکه پیش ازین بر آسمان می
پرید اورا بر زمین رفتن دشوار شد بسیار مردم بران شدند که
به سن بیدرو جنک کنند وچون این خبر بقیصر رسید آزرده
شد وافسوس خورد که این چنین کسی از دست مـا رفت
وبه سن بیدرو وسن پاول کفت که شمارا لخصی عذاب خواهم
کشت که مارا باین کار بدنام کردید پس هر دو را بزندان
فرستاد ودر عذاب وسختی اهتمام کرد وایشان بتمام شادی روان
شدند ودر زندان عقوبتهـــا سخت کشیدند امـا خودرا
با وجود این از هدایت وتعلیم انجیل معاف نداشتند وبسیاری
از زندانیان را بدین خود آوردند بلک پاسبانان زندان نیز
عیسوی شدند وچون بر عمادا آب نبود دعـــا کرد از خدا یاری
خواست در ساعت چشمه از آب در زندان پیدا شد ومردم را عمادا
وپس موکلان زندان درهـــا کشادند وزنجیرهـــا از دست واز
کردن بندیان بیرو کردند ورخصت دادند ایشان بسرعت بدر
شدند وچون این خبر بقیصر رسید آن موکل را طلبید واحوال
را معلوم کرده حکم کشتن ایشان کرد وسن بیدرو دران وقت

& motum ac tumultũ magis magisq; progredi, S. Paulus S. Petro dixit, Petre, quid nunc opus mora & cunctatione est? id quod incepisti, ad finem perduc. S. Petrus ad Simonem respexit, & dixit, Dæmones maledicti, vos adjuro in nomine Iesu Domini nostri, amplius hunc Simonem in volatu ne relinquite, sed eum deserite, ut retrorsum cadat. protinus eum demiserunt, & conspicientibus omnibus cecidit, & collum ejus fractum est. qui antehac in cœlum volabat, ei super terram ire difficile factum. Multi in eo fuerunt, ut S. Petro bellum facerent. quum hic rumor ad Cæsarem venit, contristatus est & mœstitiam concepit, dicens, Talis vir [2] è manibus nostris abiit. Et Sanct. Petro ac Sanct. Paulo dixit, Vos particulari supplicio interficiam, quia nos in hoc negocio [3] infames reddidistis. quocirca ambos in carcerem misit, ac de supplicio & duriter tractandis sollicitè cogitavit. illi autem summo cum gaudio iverunt, & in carcere pœnas graves perpessi sunt. attamen se, non obstante hoc, ab institutione & docendo Euangelio non abstinuerunt, & multos ex captivis in doctrinam suam pertraxerunt: imo custodes carceris etiam Christiani facti sunt. Et quoniam ad baptizandum aqua deerat, precatus est, & à Deo auxilium postulavit. protinus fons aquæ in carcere apparuit, & homines [4] baptizavit. tum administratores carceris fores aperuerunt, & catenas à manibus & à collo vinctorum removerunt, ac veniam dederunt. illi statim exiverunt. Quum hæc fama ad Cæsarem venisset, administratores accersivit, & rebus cognitis, mandatum occidendi eos dedit. S. Petrus tunc temporis

[2] *id est periit nobis.*

[3] *propr. mali nominis.*

[4] *deest in Persico* کرد

noluit exire, ne homines metum mortis in hoc imaginarentur. Sed diſcipuli ejus non permiſerunt, & dixerunt, Propter ſalutem & inſtitutionem hominum exi. ac tantopere orarunt, ut ille quoque exiverit, & ex urbe egreſſus ſit. At nondum terminos urbis egreſſus fuerat, quum D. Ieſus ipſi apparuit, crucem ſuper humeros, pergens ad urbem. [5] S. Petrus [6] eum agnovit & dixit: Domine noſter, quo cogitas? reſpondit ei & dixit, Romam eo, ut vice alia crucifigar. hoc dixit, & ex oculis ejus delituit. S. Petrus ex hoc dicto iſtius Glorioſi cognovit & intellexit, ſcilicet, voluntas Domini eſt, ut in hac urbe Roma crucifigar. ac ſtatim in urbem profectus hunc eventum diſcipulis ac ſectatoribus ſuis diſtinctè renarravit, atque omnes acquieſcere fecit, tempuſque exſpectavit, quo propter doctrinam Euangelii & D. Ieſum occideretur. Tunc temporis ad vocandos homines magis magiſq; ſe convertit, & multi doctrinam Euangelii arripuerunt. In eadem urbe Roma vir quidam erat, nomine Romanus, qui duos filios habebat. forte fortuna unum dæmon occupaverat, alter morbo gravi detentus erat, & medici à curatione utriuſque manum abſtraxerant. Illi quum de operibus mirandis & novis S. Petri audiviſſent, ad eum venit, & ſumma cum perculſione res filiorum ſuorum dixit, & cum ſubmiſſione & ſupplicatione petiit, dicens, Propter Deum filios meos ſana, & promitto me, poſtquam ſanati fuerint, cum filiis meis doctrinæ Euangelii crediturum. S. Petrus ſubmiſſionem & ſupplicationem ejus acceptavit, & diſcipulum ſuum nomine Romulum miſit, dicens, Domum ejus vade,

[5] mendoſè hic ex lin. quarta repetitur بیرون نشده بود *egreſſus non fuerat. quocirca omiſimus in interpretatione.*
[6] propr. eos pl. pro ſing. honoris gratia.

نمي خواست كه بيرون رود تا مردم هراس مرك در ان خيال
نكنند اما شاكردانش نكذاشتند وميكفتند از جهت سلامتي
وهدايت مردم بيرون آيي وچندان زاري كردند كه او نيز بر
آمد واز شهر بيرون رفت وهنوز از حدود شهر بيرون نشده بود
كه حضرت عيسي برو ظاهر شد صليب بر دوش متوجه بشهر
بيرون نشده بود سن بيدرو ايشانرا شناخت وكفت خداوند ما
عزيمت كجا داري جوابش داد وفرمود بشهر رومه ميروم تا بار
ديكر مصلوب كردم اين كفت واز نظر او بنهان كرديد وسن
بيدرو ازين كلمه آن بزركوار آكاه شد دريافت كه رضاي خداوند
آنست كه درين شهر رومه مصلوب شوم وهماندم بشهر شده اين
ماجرا بشاكردان وبيروان خود مفصل باز خواند وهمه را
تسكين داد ومنتظر وقت شد كه بجهت دين انجيل وحضرت
عيسي كشته شود ودرين وقت بدعوة مردم بيش از بيش متوجه
شد وبسياري دين انجيل كرفتند ودر همين شهر رومه مردي
بود روما نام اورا دو بسر بود قضا يكي را ديو كرفت
وديكري به بيماري سخت كرفتار كرديد وطبيبان از علاج
هر دو دست باز داشتند ايشان از كارهاي عجيب وغريب
سن بيدرو شنيده بيش او آمد وباضطراب تمام احوال بسران خود
كفت وبعجز وزاري التماس نمود كه از براي خدا بسران مرا
صحت ده وعهد مي كنم كه بعد از انكه ايشان صحت مي
يابند با فرزندان خود بدين انجيل بكروم سن بيدرو عجز وزاري
او قبول كرد وشاكرد خود رومولو نام را فرستاد كه بخانه او رو

بنام حضرت ایشوع وبنام استاد خود صحت دهد او رفت وهر
دو پسر اورا صحت داد وآن مرد عهد خود را پاس داشته با
تمام عیال خود عیسوی شد آنگاه شاگردان خود را باطراف
فرستاد که از دین انجیل خبر دهند ومردم را هدایت کنند
درین هنگام غریب چیزی بدید آمد که مرسیال نام را از
شاگردان خویش با دیگر شاگردان تعین کرد که بملك فرانسه
برود وچنان شد که پاره راه رفته بودند که یکی از یاران در
گذشت مرسیال اورا بخاك سپرد وبر گشت وسن بیدرو
را ازین قصه آگاه ساخت وبسیار گریست ولختی مصیبت خود
وانمود زیرا که در تمام کارها وکار او بوده سن بیدرو اورا دل
داد وعصاء خود بدو سپرد وگفت برو واین عصارا بر گور او
بنه وقدرت خدا را مشاهده کن مرسیال باعتقاد تمام رفت وآن عصا
را بر مزار او نهاد ودر ساعت آن مرد از گور بیرون شد وباو
همراهی کرد بنابرین آن عصا را تا هنوز ارجمند میدارند ودر حفظ
او میکوشند دیگر از تلامیذه خویش مینیو نام ودیومیسیان نام
را بملك گالیه فرستاد وچون مسافت چند گروه راه از رومه رفتند
دیومیسیان بیمار شد وجان داد مینیو اورا بخاك سپرد خود
گریه کنان پیش سن بیدرو آمد ماجرا گفت سن بیدرو پاره از
جامه خود جدا کرد وباو داد وگفت اینرا بر گور او بنه وبه آواز
بلند بگو که میفرماید خداوند من ایشوع واستاد من بیدرو
که همچنانکه ترا حکم کردم که همراه مینیو شوی برای هدایت
امت وتعلیم انجیل برو اینچنین اکنون امر مرا شنوده بی توقف

in nomine D. Iesu, & in nomine Magistri tui sanitatem dabit. Ivit ille, & ambos filios ejus sanavit. Vir ille promissum suum servans, cum omnibus domesticis suis Christianus factus est. tunc discipulos suos in extremas oras misit, ut doctrinam Euangelii annunciarent, & homines erudirent. Tunc temporis mirum quid contigit. Martialem quendam ex discipulis suis cum aliis discipulis misit, ut in regnum Franciæ iret. factum est autem, quum partem viç ivissent, ut unus ex sociis obierit. Martialis eum sepeliit & reversus est, ac S. Petro hanc historiam indicavit, multumq; flevit, & partem infortunii sui esse declaravit, quia in omnibus operibus [1] opus illo habebat. S. Petrus ipsi animum addidit, ac baculum suum ipsi tradidit ac dixit, Vade atque hunc baculum sepulchro ejus impone, & potentiam Dei intuere. Martialis summa cum fide abiit, atque illum baculum sepulchro ejus imposuit, & statim vir ille è sepulchro egressus est, eumque comitatus est. Quapropter illum baculum usque huc in pretio habent, & custodiæ ejus student. Præterea ex discipulis suis, Minium & Domitianum in terram Galliæ misit. & quum itinere aliquot milliarium viæ Roma abiissent, Domitianus in morbum incidit, & animam dedit. Minius eum sepeliit, atq; ipse flens ad S. Petrum venit. quod evenerat dixit. S. Petrus partem vestimenti sui dilaceravit, ipsique dedit ac dixit, Hoc sepulchro ejus impone, & voce alta dic: Præcipit Dominus meus Iesus & Magister meus Petrus, quemadmodum mandavi tibi dicens, comitare Minium, & ad erudiendos populos, ac docendum Euangelium vade, ita nunc mandatum meum audiens sine cunctatione

[1] prop. etiam opus illius erat.

in viam te da, moram ne admitte. Minius mandatum obſervans, nuncium detulit, & protinus mortuus è ſepulchro exiit, & cum eo profectus eſt. uſque ad regionem Hiſpaniæ ipſi ſocius itineris fuit, & miniſteria convenientia præſtitit. S. Petrus, antequam doctrinam D. Ieſu capeſſeret, pater familias exiſtens habebat filiam nomine Petronellam. illa juvenis & pulchræ formæ erat. cum patre ſuo Romam veniens, ex manuductione & inſtitutione patris ſui noctes dieſque in cultu Dei degebat. Forte fortuna hæc filia in morbum incidit, & morbus ejus gravis fuit, ac in longum traxit. Qui illi Glorioſo familiares erant, bene noverant, quemcunque manus ejus, imo umbra ejus attingebat, ab omni genere morbi quod habet, protinus ſanari. Itaq; cor eorum ſuper iſtam ſanctam filiam urebatur, & ob morbũ ejus animo angebantur. Die quodam in comitatu iſtius Glorioſi menſæ accumbentes, quum morbum difficilem iſtius filiæ, & interdictum ipſi eſſe cibum viderent, omnes ægrè tulerunt. Conſpiratione facta, Glorioſo illi dixerunt, Domine, ſi alii ex clementia & miſericordia tua à doloribus ſanantur, & ſanitatis externæ atque internæ participes fiunt, quomodo permittis, fœtum ventris tui perpetuo in hoc gravi & longo morbo manere? S. Petrus reſpondit & dixit, Illa hunc morbum & dolorem pro religioſo exercitio reputat, & neceſſarium eſt ei, ut ita ſit. Sed ne putetis me tempus trudere, ipſique ſanitatem & convaleſcentiam denegare, voluntatem veſtram faciam. tunc dixit ei, Filia ſurge, & officium menſæ præſta. illa ſtatim ſana ſurrexit, & miniſtravit. quumque ceſſaſſet, rurſus ei

dixit,

راهِ شو تاخیر را جایز مدار مینیو فرموده را پاس داشته پیام رسانید ودر ساعت مرده از کور بر امد وهمراه او روان شد تـــا ملك اسپانیه باو رفاقت کرد وخدمتهـــا شایسته بجـــا آورد سن پیدرو پیش از انکه دین حضرت عیسي کیرد کدخدا بوده اورا دختري بود پیترونیله نام او جوان وخوش صورة بود به پدر خود بشهر رومه رفته از رهنمون وهدایت پدر خود شبانه روز در عبادة خدا بسر بردي قضارا این دختر بیمار کردید ومرض او سخت شد وبدیري کشید آنانکه بـــا آن بزرکوار آشنـــا بودند نیك میدانستند که بهر که دست او بلك سایه او میرسد از هر کونه بیماري که دارد در ساعت صحت یابد بنابرین دل ایشان بران دختر پارســـا مي سوخت واز بیماري او دل تنك بودند روزي در ملازمت آن بزرکوار بر سر سفره بودند چون بیماري صعب آن دختر ومحرومي او ازان خورش مشاهده کردند همه حیف خوردند اتفاق کرده بان بزرکوار کفتند که اي خداوند هرکاه دیکران از عطوفت ومهرباني تو از رنجهـــا به میکردند صحت ظاهر وباطن نصیب ایشان مي شود چون روا میداري که جکر کوشه تو پیوسته درین سخت ودراز مانده سن پیدرو جواب داد کفت او این بیماري ورنج را ریاضت میشمارد ودر کار است اورا که اینچنین باشد اما تـــا ندانید که دفع الوقت میکنم وازو تندرسي وشفا را دریغ میدارم رضاي شمـــا کنم آنکاه باو فرمود که دختر بر خیز وخدمت سفره بجـــا آر او در ساعت تندرست بر خاست وخدمتهـــا کرد وچون فارغ کردید بارش

فرمود

فرمود که برو بجای خود باش او رفت وهمان زمان بیماری او
باز کردید وتبش کرفت اما چون در یافت که دختر از
ریاضت وعبادة صاحب کمال شده است آن هنکام اورا صیحت
داد این دختر چون بحسن صورة وسیرت در ان سو نامور بود
مردی بزرک آرزو کرد که اورا در نکاح خود کیرد ودرین
کوشش سعی بسیار میکرد این دختر جواب داد وکفت اکر
خواهش من داری بفرما که چند تن از دختران روزی چند
خدمت من کنند آن مرد چنین کرد وچند تن از دختران در
خدمت او فرستاد دختر همه را بدین خویش آورد آنکاه تا
سه روز بعبادة خدا مشغول بود وزاری کردی وکفتی الاهی پیش
از آنکه تن من آلوده کردد جان من بستان وهمچنین شد که
در همین نماز بود که جان بحال بخشش سپرد واز دست او
رهای یافت سن بیدرو تعلیم مردم مبالغه داشت تا بجدی
که رشوتهای جسمانی که طبیعی آدمیست مردم را ملامت می
کرد ومیکفت که مردان بر همان یک زن که دارند خورسند
باشند وبدیکر زن چشم شهوه نکشایند وهمچنین زنان شوهر
دار بهمین شوهر که دارند قانع شوند ودر حیات او طمع شوهر
دیکر نکنند وسخنان او در مردم چندان اثر کرد که دوشیزکان
قرار دادند که مردان نه رسند ومرتاض باشند وخدا را
پرستش کنند وبسیار از دیکر زنان از معصیتها استغفار کردند وترک
آرزوها کفتند اران جمله چهار تن از زنان حاکم شهر اکریبه
بودند وهر چهار در حسن وصورت وسیرت یکتا ایشان نیز

dixit, abi, in ſtatu tuo mane. illa abiit, atque eo ipſo tempore morbus ejus rediit, & febris eam corripuit. Sed quum cognoviſſet, filiam per jejunia & preces perfectionem jam eſſe adeptam, tunc ei ſanitatem dedit. Hæc filia quoniam de præſtantia formæ & vitæ in illo tractu celebris eſſet, vir quidam magnus deſideravit eam in conjugem ſibi capere, & in hoc conatu ſtudium magnum adhibuit. Filia hæc reſpondit & dixit: Si me cupis, jube ut aliquot filiæ aliquot diebus mihi miniſtrent. Vir ille ita fecit, & filias aliquot in miniſterium ejus miſit. filia omnes in religionem ſuam pertraxit. tum ad tres dies in cultu Dei occupata fuit, & petiit ac dixit, Deus, potius quam corpus meum polluatur, animam meam cape. atque ita factum. Nam dum in ipſis precibus eſſet, animam in modum doni tradidit, & à manu ejus liberata fuit. S. Petrus, in docendis hominibus vehementer inſtitit, eo etiam cum fervore, ut munera carnalia, quæ naturalis hominis ſunt, hominibus culparet, & diceret: viri illa ipſa una uxore quam habent contenti ſint, & in aliam mulierem oculum concupiſcentiæ ne aperiant. Similiter fœminæ maritatæ eodem illo marito quem habent contentæ ſint, & vivente eo maritum alium ne concupiſcant. & verba ejus in hominibus tantam impreſſionem fecerunt, ut Virgines decreverint viros[2] non attingere, ſed religioſæ manere, & Deo ſervire: & multæ aliæ fœminæ improbitatum veniam ſint precatæ, & deſideriis valedixerint. Ex hoc numero quatuor fœminæ Præſidis civitatis Agripæ fuerunt. omnes quatuor bonitate, & forma, & vita ſingulares erant. illæ etiam

[2] *deerat* نه *non, quod addidimus.*

admonitiones & conciones S. Petri audiverunt, & decreverunt non amplius coitu pollui. Agsipa quantumcunque colludere, & conversari, & coire cum illis studens imperarit & minatus fuerit, nihil profecit. tandem intellexit, hanc corruptelam à familiaritate Petri evenisse. quocirca iram concepit, & deliberavit Petrum perdere, virosque Cæsaris misit, qui Petrum captum adduxerunt. Hoc tempore vultus S. Petri luce magna resplendebat. Agsipa dixit, Tu es Petrus, qui fœminas ab opere naturali suo prohibes, & inter uxores ac maritos causa contentionis & calamitatis es, & jactas me antistitem doctrinæ Euangelicæ esse? S. Petrus respondit, & de impudicitia atque impuritate ejus reprehendit, ac dixit, Nunquam ego mulieribus ut separentur à viris iisque adversentur author sum, sed ut obediant, & morigeræ sint, & diligant, & debitum persolvant: sed quæ maritum non habent, castitati studeant, & in cultu Creatoris sui occupatæ sint. atque hæc species cultus & Religionis inter vos etiam laudatur. Has vero quæ in virum peregrinum propendent, & quarum phantasia hac cogitatione polluta est, graviter carpo, ut ab hac pollutione digressæ, doctrinæ sanctæ se dedant, & mandato Dei obtemperent. obedientia enim omnes creaturas decet, quemadmodum D. Iesus Magister noster dixit. & in hoc negocio Præsidi aspera verba fecit. tandem sermo ad D. Iesum venit, & quo de operibus mirabilibus & gloria ejus plus dixit, eo Præses istius loci magis indignatus est, ac S. Petrum in carcerem conjecit, ac curavit bene asservari. ipse ad Cæsarem ivit, & mandatum accepit,

ut,

نصایح ومواعظ سن بیدرو را شنودند قرار دادند که دیکر صحبت آلوده نشوند واکریبه چندانکه در ملاعبت وملازمت ومباشرة ایشان کوشیده ولابه کرد وترسانید سودمند نشد آخر در یافت که این فساد از آشنایي بیدرو بهم رسیده است پس کینه کرفت وعزیمت کرد که بیدرو را هلاك سازد وکسان قیصر فرستاد که بیدرو را کرفته آوردند درین هنکام روي سن بیدرو از نور بزرکي تابان بود اکریبه کفت توبي بیدرو که زنانرا از کار طبیعي خود محروم میکرداني ودر زنان وشوهران سبب نزاع وفساد مي شوي ومي لافي که من امام دین انجیل ام سن بیدرو بجواب داد وبر بي عفتي وناپارسایي او ملامت کرد وکفت هرکز من زنانرا بر جدایي ومخالفت مردان رهنموني نمیکنم بلك باطاعت وفرمان برداري ومحبت ووفا وآنانکه شوهر ندارند بعصمت کوشند ودر بندکي کردکار خود مشغول کردند واین نوع بندکي وعبادات در شمایان نیز محمود بوده است وآنانرا که بمرد بیکانه مایل باشند وخیال ایشان باین تفکر آلوده باشد بشدة میکیرم تا ازین آلودکي بر آمده بدین پاك در آیند وبه امر خدا مطیع باشند که اطاعت بر همه مخلوقات واجبست چنانچه حضرت ایشوع استاد ما فرموده است ودرین باب بحاکم درشت سخن کرد آخر سخن بحضرت عیسي رسید وهر چند از کارهاي عجیب وبزرکواري او بیشتر کفت حاکم انجا خشمناك تر شد وسن بیدرو را بزندان سپرد واهتمام در حفظ او کرده خود نزد قیصر رفت وفرمان کرفت

که

که اگر از روش خود بر نگردد در ساعت او را مصلوب سازد چون بنام عیسی مصلوب مردم را از پرستش معبودان باز داشته است چون روز معین رسید اگریپه اورا نزد خود طلبید وگفت اگر از گناهان خود تایب می شوی وازان پند که مردم را دادی باز میگردی ترا خلاص می سازم وقیصر ترا بمرتبه بلند میرساند وگرنه بتمام بیحرمتی کشته می شوی وبهمان صلیبی که هدایت میکنی ترا بر صلیب خواهند کرد سن پیدرو بعد از تامل بسیار سر بلند کرد وگفت نمی توانم که از عنایتهاء خدایتعالی پوشیده دارم وظاهر نسازم این مزدهاء عنایت قیصر ترا باشند ومن شرف وعزت خود دران میدانم که بر راهی که خدا امر بر ان رهنمونی کرده است تا دم آخرین استقامت نمایم پس تو هر چه قرار داده بکن واز من نمی آید که راه حق گذاشته طریق ضلالت پیش گیرم پس اورا بکشتن گاه بردند ویهودان وسر هنگان اورا در راه جفاها میکردند وبی حرمتی ها رسانیدند او هیچ متغیر نمی شد وآن چنان شاد وخرم میرفت که گویا بعروسی میرود وچون نظر او بران صلیب افتاد که برای او ساخته کرده بودند آب در دیده کرد ورویش از غایت شادی منور گردید وخدا را سپاس گفت انگاه دست برداشت وگفت ای خداوند من ایشوع واستاد من مسیح بکدام زبان شکر ترا بجا آرم وکرمهاء تو وا گویم که مرا توفیق آن دادی که همچنانکه خود برای ما جان دادی ومصلوب شدی من نیز بهمان روش جان خودرا فدای تو میکنم این تحفه مرا قبول کن واین کینه را

ut, si à consuetudine sua non recedit, statim eum crucifigant, quoniam in nomine Iesu crucifixi homines à cultu nimium abstrahit. Quum dies destinatus venisset, Agripa eum ad se advocavit & dixit, si à peccatis tuis te convertis, & ab ea doctrina, quam hominibus dedisti, resilis, te liberum dimitto, & Cæsar te in dignitatem sublimem transfert. & si non, summa cum ignominia interficieris, & eadem cruce, quam doces, te crucifigent. S. Petrus post considerationem multam caput elevavit & dixit: non possum gratias Dei altissimi occultare, & non patefacere. Hæc præmia benevolentiæ Cæsaris tibi sint. at ego nobilitatem & dignitatem meam in eo agnosco, ut in via, de qua Dei præceptum me erudivit, usque ad spiritum ultimum persistam. Tu itaque quicquid decrevisti fac: à me non veniet, ut viam veritatis deserens, viam erroris capessam. Quocirca eum in occisionis locum deduxerunt, & Judæi ac milites eum in via plagis affecerunt, & ignominias intulerunt. ille nihil alteratus fuit. at adeo lætus & exultans ibat, ut tanquam ad nuptias iret. & cum visus ejus in istam crucem incidit, quam pro ipso fecerant, flevit ob conspectam, & vultus ejus præ extremitate gaudii lucidus est redditus, ac Deum laudavit. tum manus elevavit & dixit, Domine mi Iesu, & Magister mi Christe, qua lingua gratias tibi persolvam, & benignitates tuas proloquar, quod tantum mihi auxilium dederis, ut quemadmodum tu pro me animam dedisti & crucifixus fuisti, ego etiam eodem modo animam meam pro te ponam? Hoc munus meum accepta, & hanc iram

vide, & gratiam tuam appone. Lictores & curatores oravit, dicens, Crucem inverso situ ponite, ut caput meum versus terram sit, & pedes versus cœlum. Quidam ex ipso quæsiverunt, quid causæ est, & quid te ad hoc movet? Respondit & dixit, Dominus meus è cœlo in terram venerat, ideoque capite versus cœlum & pedibus versus terram crucifixus fuit, sed hic pauper, qui à terra in cœlum it, crucem ejus oportet inverso situ esse, caputque meum versus terram, & pedes versus cœlum esse. & prætereà, dignus non sum, ut in crucifixionis ratione ipsum referam. Hinc dico, ut mecum contrario modo agatis. Quamobrem prout ille postulavit, fecerunt. Verum eo die homines confluxerunt, & voluerunt congregati Agripam adire, & vi eum ex manibus ejus liberare. Sed S. Petrus prohibuit & dixit: ne in hoc intrate, neque me ab hac beatitate, ut propter doctrinam Domini crucifigar, prohibete. Itaque quo postulaverat modo crucifixus fuit. Tunc temporis multi ex discipulis ejus viderunt, Angelos eum undequaque circumambulare, & unumquemque coronam florum & torquem lucis in manu habere, & cum illo crucifixo sermocinari. Viderunt etiam, D. Iesum librum quendam manu sua aperuisse, & in manus ejus dedisse, atque ipsum legisse. S. Petrus animadvertit, discipulos suos in id prospicere. os ad admonendos eos aperuit, & altè quædam dicens, eos tranquillos reddidit, atque animam veritati tradidit. deinde à cruce demissum sepeliverunt. Triginta & septem annorum erat, quum felicitate consortii D. Iesu nobilitaretur, & in eum crederet.

به بين كرم خود ساز وسر هنكان وموكلان را زاري كرد كه صليب
را وازكون سازيد تا سر من سوي زمين باشد وپا بسوي آسمان
چندي ازو پرسيدند كه سبب چيست وترا باعث اين چه شده
است او جواب داد وكفت خداوند من از آسمان بر زمين آمده بود
بنابرين سر بسوي آسمان وپا بسوي زمين مصلوب كرديد امـــا
اين حقير كه از زمين بر آسمان ميرود صليب او بايد كه وازكون
باشد وسر من بر زمين وپـــا بسوي آسمان باشند وديكر لايق
آن هم نيستم كه در صليب شدن چون او باشم ازين ميكويم
كه بـــا من معامله بر عكس كنيد پس همچنانكه او خواهش
نموده بـــود كردند ليكن در ان روز مردم هجوم كردند
خواستند كه جمع شده نزد اكريبه روند وبشدة اورا از دست
او خلاص كردانند امـــا سن بيدرو مانع آمد وكفت دخل درين
نكنيد ومرا ازين سعادتمندي كه بجهت دين خداوند مصلوب
مي شوم محروم نسازيد پس بطوري كه خواهش نموده بود مصلوب
شد درين هنكام بسياري از شاكردان او مشاهده كردند كه
فرشتكان برو كرد آمده اند وهر كدام تاج كل وطبق نور در دست
دارد وبان مصلوب در كفت كو است ونيز مشاهده كردند كه حضرت
عيسي كتابي بدست خود بكشاد وبدست او داد واو ميخواند سن
بيدرو دريافت كه شاكردان او برين مطلع شده اند زبان به پند
ايشان كشاد وبلند چيزها كفته ايشانرا آرام داد وجان بحق سپرد
پس از صليب فرود آورده بخاك سپردند سي وهفت سال بود كه
بسعادة ملازمت حضرت عيسي مشرف كشت وبرو ايمان آورد

که تا سه سال در خدمت ایشان بود وبسعادة کمال اندوخت
وبعد ازانکه آن بزرکوار بر آسمان رفت دوازده سال در اوریشلیم
وانطاکیه بهدایت وارشاد مردم بسر برد آنکاه در شهر رومه تا
بیست وپنج سال معزز ومکرم بود ومظهر عجایبات وکرامات
کردید ودرین هنکام که برحمت ایزدی بپیوست از هشتاد
متجاوز بوده است حلیه آن بزرکوار اینست بلند بالا وجسیم
نبود از واسطه اندک متجاوز بلی رویش زردفام ورنکش
سفید اما بسرخی مایل موی سر وریش مجعد ودرشت
وموی سر دراز نداشت چشمانش بغایت سیاه کم ابرو
کویا موی چندی را کنده دارد وبینش دراز اندک از
میان بر آمده اما نوکدار وخورش او نان خشک بود کاهی
با روغن زیتون وکاهی بسبزی میل می نمود وپوشش او
یکجامه ویا یک پیراهن بود پس دایم رومال در جیب
خود میداشت که بدان اشک از رخسار خود میچید وپیوسته
میکریست وکریه او بحدی رسیده بود که بر هر دو
رخسارهاء او ازحرارت وحدت روانی اشک خطهاء جدول
آسا پیدا بود زیرا که هر کاه سلوک خوش حضرت عیسی
ومهربانی وشفقت وشیرین زبانی او یاد آمد بی اختیار بکریه
در می شد روزها را بهدایت مردم بشب می آورد
وشبها بعبادة وریاضت میکرد ودر بیم بیقرار وبی
آرام می بود وبر خود می لرزید بیاد آن تقصیر که
ازو در نیم شب شده بود بر خود سخت ودشوار

Nam per tres annos in ministerio [1] ejus fuit, & feliciter perfectionem acquisivit. & postquam Gloriosus ille in cœlum ivit, duodecim annis Hierosolymæ & Antiochiæ in institutione & directione hominum degit. tum Romæ per viginti quinque annos honoratus & venerandus fuit, ac mirabilia & præclara edidit. Hoc tempore quo [2] misericordiæ Dei adjunctus est, octuagesimum annum superaverat. Forma istius Gloriosi hæc erat. Altus statura & corpore non fuit, mediocritatem paululum excedens. Sed facies ejus subflava, & color ejus albus, sed ad rubedinem vergens. pili capitis & barbæ crispi & asperi. at pilos capitis longos non habuit. oculi ejus extremè nigri, sine superciliis, quasi pilos quosdam evulsos haberet. nasus ejus longus, paululum mediocritatem excedens, sed acuminatus. cibus ejus panis siccus erat. interdum ad oleum olivarum, interdum ad olera propendebat. indumentum ejus una vestis, aut una tunica erat. Deinde perpetuo faciem inclinatam in gremium suum habebat, in quod lachrymas ex genis suis colligebat, & perpetuo flebat, & fletus ejus eò venerat, ut in utraque gena ejus ex calore & acrimonia fluxus lachrymarum lineæ rivi instar apparuerint. Nam quotiescunque conversationis bonæ D. Iesu, & misericordiæ ac clementiæ, dulcissimæque linguæ ejus recordatus est, vel invitus in fletum incidit. [3] Dies in institutione hominum in noctem deducebat. noctibus autem in precibus & jejuniis versabatur. in metu sine firmitate & sine tranquillitate erat, & super se horrebat, memor istius culpæ quæ ab ipso media nocte commissa fuit. in se durus fuit, & difficilis

[1] *ad verb. eorum. pl. honoris gratia.*

[2] *id est piè obiit.*

[3] *id est, totos dies impendebat.*

ut sibi satisfaceret: at in discipulos misericors, & miserentis animi, & [a] omnia in meliorem partem accipiebat, & in omnibus sollicitudinem exercebat, & de nocte iteratò surgebat, & de ipsis resciscebat, quomodo se haberent, & quo pacto dormivissent. & si per inconsiderationem somni injectum tegumentum ipsorum disjectum esset, summa cum misericordia, & paternè eos tegebat. & sicut mater & pater parvulos suos adhortantur ad quietem, sic discipulos suos ad somnum hortabatur. adeo ut sic magistrum egerit, ut ad modum matris patrisque se gesserit, quapropter discipuli eum loco patris habebant. Viginti quinque annis Romæ vicariatum D. Iesu gessit. postquam autem crucifixus fuit, alii vicariatum ejus gesserunt, usque ad hodiernum diem qui annus millesimus sexcentesimus à nativitate D. Iesu, & quadragesimus nonus sublimitatis Epochæ sessionis Majestatis Imperatoriæ est. Ducenti triginta & quinque viri vicariatum gesserunt, at nemo viginti quinque annis gessit, quibus S. Petrus gessit. neque ulli etiam ex illis nomen Petrus fuit. Interea dum Romæ fuit, sollicitus de Christianis qui Hierosolymæ erant, pariter atque in hac urbe, in doctrina atq; institutione ipsorum occupatus fuit. Duas epistolas scripsit, comprehendentes quasvis hortationes & monitiones. Ex earum numero dicta quædam in hoc libro proferuntur. Dilecti, à vobis petendum hoc habeo, ut abstineatis, scilicet, tanquam hospites ac peregrinatores, à cupiditatibus carnalibus, quæ adversus spiritum belligerantur. conversationem bonam habete in medio hominum, ut in quo vobis

culpam

[a] *ad verb. in omnibus rebus facile capiebat.*

پهنی بود اما بر شاکردان مهربان ورحیم دل ودر همه چیزها
آسان میکرفت وبجمیع غمکساري میکرد وشبها مکرر بر میخاست
وازیشان خبر میکرفت که چونند وچه سان خواب کرده اند واکر
در بیخودي خواب بالا پوش ایشان جدا شده بود بتمام مهرباني
وپدرانه ایشانرا مي پوشید وهمچنانکه مادر وپدر کودکان خود
را ترغیب اسایش میکنند اینچنین شاکردان خود را بخواب
ترغیب کردي حاصل که آنچنان استادي کردي که
سلوك مادر وپدر نمودي بنابرین شاکردان اورا بجاي
پدر میدانستند وبیست وپنج سال در شهر رومه خلافت
حضرت عیسي کرد وبعد از انکه او مصلوب شد دیکران خلافت
او کردند تا امروز که هزار شصد از ولادة حضرت عیسي
وچهل ونه الاهي از تاریخ جلوس حضرت شاهنشاهي است دویست
سي وپنج کس خلافت کردند وهیچکس بیست وپنج سال
که سن پیدرو کرد نکرده است ونه هیچ کسرا ازینها هم
نام پیدرو بود درین هنکام که در رومه بود یکروي از
عیسویان که در اوریشلیم مي بودند یکچندي درین
شهر بتعلیم وهدایت ایشان مشغول بوده است دو نامه
نوشت که مشتمل هر وعظ وپند بود از آن جمله سخن
چند درین کتاب ایراد مي یابد اي عزیزان از
شما التماس آندارم که پرهیز کنید که چون
مسافران وراه رواني از آرزوهاي جسماني که بروح در
جنك اند سلوك نیك دارید در میان مردم تا در آنچه شمارا

ملامت

ملامت می کنند وعیب می نهند همچنانکه به بدکاران بعد از
انکه در کارهای نیک شمایان تامل کنند خدا را بزرکواری دهند
فروتن باشید وتواضع کنید هر آدمی وآفریده را چه بپادشاه که
سردارست وچه با دیکر بزرکان که از حضرت او بر شمایان کماشته
شده اند برای جوابی بزرکان ونواختن نیکان زیرا که رضای خدا
اینست که دادانی جهال را به نیکو کاری خود کنک سازید عزت
دهید همه را دوست دارید اخوت را از خدا بترسید وپادشاه را عزت
دهید ای پرستاران محکوم صاحبان خود باشید بتمام ترس نه همین
به نیکان وآسان پسندان بلك که ببدان ودشوار کیران که خوبی
وکمال در آنست که یکی بظلم تاب آرد وآنچه بنا حق بدو رسیده
است برای خدا بر دارد زیرا که چه بزرکی باشد مر شمارا اکر کناه
کنان وسیلی خوران بر میدارید اما اکر با وجود نیک کردن محنتها
بر دارید وصبر آرید اینست نیکی باین دعوة خوانده شدید واین
از شمایان مطلوب است چرا که مسیح نیز بخاطر مایان این چنین
محنت ها کشیده وجفاها برده است تا برای شما نمونه بکذارد
وبرای پیروی خویش آنکه کناه نکرده بود ونه دغـا در دهان
خود داشت آنکه بد کوی خویش را بد نمیکفت وقتی که جفاها
می کشید نمی ترسانید بلك خود را می سپرد بکسی که حکم نا حق
برو میکرد پس هر کاه مسیح در تن خود این کشید شمایان نیز بهمین
فکر مسلح شوید آنکه کناهان ما را در تن خویش بالای چوب برد
تا ما برای کناه مرده باشیم برای طاعت زنده که بزخمهای او
صحت یافتید می بودید همچو کوسفندان پریشان وبی قید امـا

اکنون

culpam attribuunt & vitium imponunt tanquam maleficis, postquam opera bona vestra considerarint, Deum glorificent. Humiles estote, & submittite vos omni homini & creaturæ, sive Regi qui superemi-net, sive aliis Magnatibus qui à Majestate ejus vobis præpositi sunt, ad ultionem [1] maleficorum & laudem justorum, quia voluntas Dei est, ut inscitiam stultorum justitia vestra mutam reddatis. Honorate omnes. diligite fraternitatem. Deum timete. & regem honorate. Servi, obedite dominis vestris in omni timore, non tantum bonis & quibus facile satisfiat, sed etiam malis & difficilibus. Nam bonitas & perfectio in eo est, ut quis per injuriam dolores patiatur, & id quod præter veritatem ipsi impingitur, propter Deum ferat. nam quid gloriæ est vobis, si peccantes & alapis cæsi toleretis? Sed si, etiam quum bene facitis, molestias perfertis, & patientes estis, hæc est bonitas. ad hanc vocationem vocati fuistis, & hoc à vobis requiritur. quia Christus etiam pro nobis ejusmodi molestias passus est, & afflictiones pertulit, ut vobis exemplum relinqueret, & ad imitationem sui. qui peccatum non fecit, neque fraudem in ore suo habuit. qui maledicenti sibi non maledicebat: quum afflictiones pateretur, non minabatur, sed se tradebat [2] viro, qui injustè de ipso judicabat. Itaque si Christus in corpore suo hoc passus est, vos etiam eadem cogitatione armati estote. qui peccata nostra in corpore suo super lignum tulit, ut nos peccatis mortui, essemus obedientiæ viventes. per cujus vulnera sanati estis. Eratis sicut oves dispersæ & ductore carentes. sed

[1] *legendum videtur in Persic.* بزكاران

[2] *Latinum Vulgatum est secutus. quum in Græco sit, ei qui justè judicat. Deus intelligitur, quod Syrus quoque & Arabs interpretes sequuntur.*

n nunc

nunc vos ad paſtorem animarum [3] reverſi eſtis. Mulieres, obedite maritis veſtris, ut, ſi quidam verbo non credant, ex converſatione bona mulierum ſine verbo rectam viam inſiſtant, conſiderantes converſationem bonam veſtram in timore. quarum non ſit [4] maceratio capillorum, & curvos molleſque facere, ſive annuli circumpoſitio, aurum ſive ornatus veſtimentorum : ſed perſona cordis, quæ occulta eſt, ornata [5] ſit incorruptione, & tranquilla anima, leni & continente. nam talis anima in oculis Dei præſtans eſt. quia quibuſdam temporibus fœminæ ſanctæ ſperantes in Deo, ſe obedientia maritorum ſuorum ornabant. Quemadmodum Sara Abrahamo obediebat, eumque dominum ſuum vocabat. Et vos filiæ ejus eſtis, ſi juſtitiam & conſtantiam in [6] neceſſitatibus & in periculis qualitatem veſtram faciatis. Viri etiam, prudentes & ejuſdem animi apparete, honorem ipſis largimini, & converſamini, tanquam cum utre tenero & infirmo, & tanquam cum hæredibus gloriæ vitæ, id eſt, paradiſi, ne preces veſtræ impediantur. Omnes unanimes, & ejuſdem fidei eſtote, compatientes, [7] fratres, miſericordes, [8] graves onere, humiles. Pro malo malum ne reddite, neque maledictionem pro maledictione, ſed è contrario hujus, benedicite. nam ad hoc vocati fuiſtis, ut benedictionem hæreditate accipiatis. nam qui amat vitam, & videre dies bonos, avertat linguam ſuam à malo, & os ejus fraudem ne loquatur, à malo ſibi caveat, & in actum deducat bonum juſtitiæ, quærat pacem & ſectetur eam. quia oculi Domini ſuper juſtos ſunt, & aures

[3] *ad verb. vobis reverſionem feciſtis.*

[4] *Macerabant capillos* بالحنا والكتم *atq; ita tincturâ inducebant, quam Arabes* خضب *vocant.*

[5] *male in autograph.* نباشد *non ſit.*

[6] *pro* كاررا *legendum putamus* كارها

[7] *legendum puto* برادر دوست *fratrum amantes.*

[8] *i.e. modeſti. ut habet Vulgatus.*

ejus

اکنون شما بشبان جانهاء خودرا رجوع کردید زنان محکوم
شوهران خود باشید تا اگر بعضی مردم ایمان بسخن نیارند از
سلوك نیک زنان بی سخن راه راست یابند فکر کنان سلوك
پاك شما را بترس که از ایشان مشاطلی مو وخم ورخم ساختن
یا مهر کرد آوری نباشد طلا یا ارایش پوشش بلك آن شخص
دل که پنهان است آراسته بباشد به بی فسادی وارام جان
آرمیده وپرهیز کار که این چنین جان در نظر خدا دولتمند
است زیرا که در بعضی زمانها زنان پارسا امیدوار بخدای
خودرا بفرمان برداری شوهران خود آراسته میکردند چنانچه
ساره بابراهیم اطاعت میکرد واورا خداوند میخواند وشمایان
دختران اویید اگر نیکوکار را واستقامت را در کارها در مهلکه
ها خوی خود سازید مردان نیز دانایانه وار یکجهی نمایید عزت
را بر ایشان بخش کنید وسلوك کنید همچنانکه بظرف نازك
وضعیف وهمچنانکه بوارثان بزرگواری حیات یعنی بهشت
تا مانع دعاهای شما پیدا نباید همه یکجان ویك
اعتقاد باشید وهمدرد برادر رحیم گران بار فروتن به
بدی بدی نکنید ونه نفرین بنفرین بلك بر عکس این
افرین کویید چراکه برای این خوانده شدید تا برکت را
میراث ستانید که آنکه دوست میدارد حیات را ودیدن
روزهاء خوش باز دارد زبان خودرا از بد ودهان او دغا نکوید
از بد احتراز کند وبفعل آرد به نیکی بجوید صلح را وپیروی
او کند زیرا که چشمان خداوند بر دادکران است وکوشهاء

او

او بر زاري ايشان وغضب او بر بدكاران اكر شما نيك ونافع
مردم شويد كيست كه با شما تواند زيان رسانيد بلكه خنك مر
شما را اكر بواسطه نيكوكاري رنج كشيد واز بدكاران بيم نخوريد
واز ترس ايشان از جاي خود نرويد وجان خودرا از كناهان
وبديها محض بترس خدا پاكيزه داريد وانچنان بايشان سلوك
كنيد كه هرچه از شما دشمنان شما در ترغيب كويند چون
سلوك نيك شما را بينند شرمسار كردند واكر رضاء خدا چنين
است كه شمايان محنت كشيد پس بهتر است مر شمارا كه
به نيكوكاري جفا كشيد ازين كه به بدكاري پس است
كه چندين عمر در عصيان ومستي وشهوة وخوردن حلال وحرام
كذشت واز هيچ چيز پرهيز نكرديد اكنون ماتم روزكار
كذشته خويش داشته پشيمان باشيد وبقيه زندكاني در رضاء
خدا بسر بريد واز بديها موافقت هوا احتراز كنيد اكاه
باشيد بخواندن دعاها بيداري نماييد وپيش از ديكر چيزها
پيوسته با هم محبت واخلاص داريد زيرا كه بسياري محبت
كناهان خورد وبزرك ميشد مسافر دوست باشيد بي انكه
عنبت كسي با هم نكنيد وهمچنين كه شمارا از خدا نعمتها
ميرسند اينچنينها يكديكر را برسانيد همچو كسانكه نعمتهاي
كوناكون خدارا خوب قسمت ميكنيد واكر كسي سخن پند
همچون كوياي سخنان خدا باشد بكوييد واكر كسي نيكوي
كند همچون كسي باشد كه توفيق اين كار از خدا يافته است تا از
كفتار وكردار شما خدا خشنود وراضي باشد اي عزيزان آنچه بشما

رسد

ejus ſuper petitionem ipſorum: at ira ejus ſuper maleficos. Si vos boni & utiles hominibus eſtis, quis eſt qui vobis poſſit noxam inferre? ſed beati vos, ſi propter juſtitiam adverſa patiamini. & à maleficis ne metuite, neque ob metum eorum à loco veſtro abite, & animam veſtram à peccatis & malitiis ſimpliciter in timore Dei mundam habete, atque ita cum ipſis converſamini, ut quicquid de vobis inimici veſtri ad irritandum dicunt, cum bonam converſationem veſtram videbunt, pudefiant. & ſi voluntas Dei talis eſt, ut vos ærumnas patiamini, tum melius eſt vobis, ut ob juſtitiam afflictiones patiamini, quam ob maleficium. Sufficit tantum vitæ tempus in rebellione, & ebrietate & cupiditatibus & comeſtione licitorum ac illicitorum præteriiſſe, neque ab ulla re vos abſtinuiſſe. Nunc mœrorem de tempore præterito veſtro habentes, pœnitentes eſtote, & reliquum vitæ in voluntate Dei tranſigite, & à malitiis ſecundum concupiſcentiam cavete. Moniti eſtote de nuncupandis precibus. vigilate. & ante alias res, perpetuo inter vos charitatem & amicitiam habete. nam multum charitatis peccata parva & magna aufert. Hoſpitum amantes eſtote, abſque ut moleſtia alii alios afficiatis. & quemadmodum vobis à Deo beneficia contingunt, ſimilia alii aliis cōferte, tanquam viri qui beneficia varia Dei bene diſtribuitis. Et ſi quis verbo hortetur, quaſi prolocutio verborum Dei ſit, loquimini. & ſi quis bonitatem exercet, tanquam vir ſit qui auxilium hujus rei à Deo nactus eſt, ut dictis ac factis veſtris Deus[9] gaudeat & acquieſcat. Dilecti, quod vobis

[9] *ad verb. contentus ſit.*

 evenit

evenit boni vel mali, quæſtus vel damni, aliunde quam à Deo provenire ne putate, & de eo acquieſcentes & grati eſtote, ut in futura vita remunerationem ejus lætitiam & exultationem accipiatis. Et ſi vos, propterea quod Chriſtiani eſtis, probris afficiunt, beati eſtis, quia honor & quies per gratiam Dei vobis obtinget. Moniti eſtote, ut ærumnæ vobis ex operibus veſtris, veluti homicidio & adulterio non contingant, ſed omnes afflictiones & moleſtiæ vobis inde contingant, quod Chriſtum ſequimini. Hujuſmodi pro ærumna & ignominia ne habe, ſed gloria apud Deum eſt. Itaque qui moleſtias propter voluntatem Dei patiuntur, animam ſuam cum juſtitia tradant illi Domino, qui compenſatio per ſe ipſum eſt. Seniores, ego qui etiam Senior ſum, atque etiam perſpectas habeo ærumnas Chriſti quas paſſus eſt, à vobis cum ſubmiſſione & precibus poſtulo, paſcite gregem Dei qui mandatus vobis eſt, atque eos regite, verum non coactè, ſed voluntariè, ſecundum voluntatem Dei, & non ex reſpectu lucri turpis, ſed ex animo. non tanquam viri, qui in ſubditos ſuos dominium exercent: Sed exemplum eſtote gregi veſtro in juſtitia & abſtinentia, ut quum princeps paſtorum, nempe Chriſtus, die judicii manifeſtabitur, coronam gloriæ capitibus veſtris imponant, quæ non veteraſcet, neque marceſcet. Adoleſcentes, obedite ſenibus annoſis. & omnes alii aliis ſubjicite vos, & humilitatem oſtendite. quia Deus contra ſuperbos eſt, humilibus autem gratiam dat. itaque humiles eſtote, & ſubjecti potenti Deo, ut vos in die judicii extollat & evehat.

رسد از خیر وشر وسود وزیان از غیر خدا ندانید وازان راضي
وشاکر باشید تا در آخرت جزاي ان بهجت وخورمي یابید
واکر شما را ازین که عیسوي اید رسوایي کنند خنک شما
را زیرا که عزت وآسایش بعنایت خدا بشما خواهد رسید آکاه
باشید تا رنجها شمارا از کردار شمایان همچون قتل وفسق
نباشد بلک همه جفاها ومحنتها شما را از جهته پیروي
مسیح باشد این چنین رنج وخواري ندار بلک بزرکواري بخدا
است پس آنانکه محنتها بواسطه رضاء خدا میکشند جان
خود را به نیکو کاري بسپارند بان خداوند که وفاداري
از ذات اوست اي پیران من که هم پیرم وهم آکاه از
رنجهاء مسیح که کشید از شما بعجز وزاري مي خواهم که
بچرانید رمه خدا را که در حکم شما ست وبر ایشان مدبري
کنید اما نه بزور ولیکن باختیار موافق رضا خدا ونه از
جهت فایده زشت بلک بجان نه همچو کساني که بر زیر دستان
خود خداوندي میکنند بلکه نمونه باشید براي رمه
خویش به نیکو کاري وپرهیزکاري که چون بزرک شبانان
یعني مسیح روز داوري ظاهر کردد تاج بزرکواري بر سر
شمایان بنهند که آن کهنه وپژمرده نخواهد شد اي جوانان
مطیع باشید به پیران سال خورده وهم کسان باهم تواضع
کنید وفروتني نمایید زیرا که خدا بضد متکبرانست وفروتنانرا
نعمت میدهد پس فروتن باشید وزیر دست قادر
خدا تا شما را در روز داوري سر بلند وسر فراز دارد

همه كارهاء خود را بكرم او وا كذاريد چرا كه اورا ست فكر
كار سازيهاء شما پرهيز كار وبيدار باشيد زيرا كه شيطان
كه دشمن شماست در كمين است وچون شير شرزه كرد شمايان
ميكردد ودايم اين انديشه دارد كه كدام يك را از شمايان
مغلوب سازد وبدندان دشمي خاييده فرو برد پس باو مقابله
كنيد وپنجه در پنجه او زنيد بقوت موافقت آنچه در دين
خويش آموخته ايد بكريزيد از فسادهاء دنيا وكوشش كنيد
وتمام فكر وانديشه شما درين باشد كه با صفت ايمان
خويش خير را بجا آريد وبخير دانش را بدانش عفت را
به عفت تحمل را به تحمل رحمت را وبرحمت محبت برادري را
محبت برادري محبت الاهي را اكر اين چيزها در شمايان هستند
وبفراخي يافته مي شوند هر كز خالي وبي ثمره در معرفت
خداوند ما ايشوع مسيح نخواهيد بود آنكه اين چيزها آماده
ندارد كوراست وجويان وجوينده بدست وفراموش كار از
مغفرت كناهان قديم بنابرين اي برادران بكوشيد كه بواسطهء
نيك خويش در دعوت وبه كزكي خودرا مستقيم سازيد چه
اكر كسي اين چنين مي كند هر كز پيرامون عصان نخواهد
كرديد بفراغ ودر ملك قديم صاحب ما وسلامتي دهنده
ايشوع مسيح بفراغ دل مي درايد وكر از پليديهاء دنيا
بواسطهء دين مسيح ميكريزد وتاب خورده باز مغلوب آنها
مي شود هر آينه آخرت او بدتر از اول شد بهتر بود اورا
كه راه داد كري نمي شناخت چون بعد از معرفت آن از

Omnia opera veſtra gratiæ ejus committite, quia ille habet curam occupationum veſtrarum. abſtinentes & vigilantes eſtote, quia Diabolus, qui hoſtis veſter eſt, inſidiatur, & tanquam leo rugiens circum vos obambulat, & ſemper hanc cogitationem habet, quem ex vobis vincat, & dentibus inimicitiæ morſum deglutiat. itaque ei reſiſtite, & ungues in ungues ejus injicite fortiter, ſecundum id quod in religione veſtra didiciſtis. Fugite à corruptionibus mundi, atque operam date, & omnis cogitatio & ſollicitudo veſtra in hoc ſit; ut in proprietate fidei veſtræ virtutem præſtetis, in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia miſericordiam, in miſericordia charitatem fraternam, in charitate fraterna amorem Dei. ſi hæc in vobis ſunt, & abunde inveniuntur, nunquam vacui & ſine fructu in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti eritis. qui hæc parata non habet, cœcus eſt & palpans, & tentans manu, & oblitus remiſſionis peccatorum antiquorum. Quocirca fratres, ſtudete ut mediantibus operibus bonis in vocatione & in [1] electione veſtra vos confirmetis. nam ſi quis ita facit, nunquam circumcirca peccatum circuibit abundanter, ſed in regnum æternum Domini noſtri & Servatoris Ieſu Chriſti [2] lato corde intrabit. Sed ſi à pollutionibus mundi per doctrinam Chriſti refugit, & dolore concepto rurſus ab iis vincitur, utique poſteriora ejus pejora prioribus facta ſunt. melius fuiſſet ei, ut viam juſtitiæ non cognoviſſet, quoniam poſt cognitionem ejus à

[1] *legendum putamus* كزيدكي *& fortaſſis pro* به كزيدكي *vel* بر كزيدكي *quæ ſimul juncta electionem ſignificant.*

[2] *pro* بفراغ *hic & paulo ſupra legendum puto* بفراخ

mandatis sanctis recessit. hoc proverbium ipsi recte quadrat, canis ad vomitum suum reversus est, & porcus lotus se in cœno volutavit. Fratres singulares ne vos lateat, unum diem apud Dominum veluti mille annos esse, & mille annos veluti unum diem. moram non facit Dominus promissioni suæ, quemadmodum quidam arbitrantur, sed patientiam exercet erga vos, quia non vult quosdam perire, sed vult omnes ad resipiscentiam reverti. & dies Domini venturus est sicut fur. Itaque firmitatem promissionum exspectemus, quas summa tum justitia accipiemus. Quocirca hæc exspectantes, studete ut inveniamini innocentes, & impolluti, & in pace tranquilla. & longanimitatem Domini Iesu Christi lucrum putate: quemadmodum Paulus frater noster singularis vobis scripsit, secundum scientiam à Deo sibi datam. Crescite & in gratia & cognitione Domini nostri & Servatoris Iesu Christi. Ipsi est gloria nunc & in æternum.

AMEN.

Quicunque legit, preces ejus cupio.
Propterea quod ego [1] servus peccator sum.

[1] *servus per humilitatē hominem dicit. Distichon est in Persico.*

احکام مقدس باز گشت این مثل باو درست شد که سگ بقی کرده خویش باز گردید وخوک شسته خودرا در لای غلطانید ای برادران عزیز بر شما پوشیده نماند که یکروز نزد خداوند همچون هزار سال است وهزار سال همچو یکروز دیر نمی کند خداوند بوعده خود چنانکه بعضی می پندارند بلکه تحمل میکند بخاطر شمایان که نمی خواهد که بعضی گم شوند بلکه می خواهد که همکنان به توبه باز گردند وروزی صاحب خواهد آمد همچون دزد پس بحکم وعدهای انتظار کشیم که اینهارا بتمام دادگری خواهیم یافت بنابرین انتظار این چیزها داشته بکوشید که یافته شوید معصوم ونا آلوده وباشید آرام وحلم خداوند ایشوع مسیح غنیمت دانید چنانچه پاولو برادر عزیز ما بشمایان نوشت موافق دانش خدا داد خویش افزوده شوید ودر خشنودی ومعرفت خداوند ما وسلامی دهنده ایشوع مسیح اورا ست بزرگواری اکنون ودر ازل آمین ،

هر که خواند دعا طمع دارم ه
زانکه من بنده گنهکارم ه

ANIMADVERSIONES IN HISTORIAM PETRI.

AUTHORIS nomen Historia hæc præ ſe non fert. dubitari tamen nequit, quin ſit idem ille Hieronymus Xavier, qui Chriſti Servatoris hiſtoriam contexuit. Chriſti enim conſcripta fuit anno à nato Servatore 1602. Petri verò biennio ante, ut ſub finem hujus hiſtoriæ docetur. quo tempore noſter Xaverius in regno Mogorenſi degit, & propagando Euangelio operam dedit. Adde ſtyli, & tractandi modi convenientiam, quodque eadem quæ illic, & iiſdem verbis, hîc affingat. quale eſt illud, Pag. 9. 10. *Chriſtum Petri pedes primum, & quidem ſumma cum humilitate & lenitate animi, nec non flentem, & ſummo cum amore ac dilectione laviſſe.* Non ovum ovo ſimilius, quam hîc ſibi Xaverius. Nec minus hîc quam ibi impudens, in attexendis, quæ ſacra pagina penitus ignorat. Pag. 9. *Chriſtus*, inquit, *Petrum omnibus Apoſtolis, miniſtris ſuis, digniorem & eximiorem reddidit.* ubinam, Xaveri? apud quem Euangeliſtarum, & quibus verbis? ſubjicit protinus hiſtoriam, quæ eſt Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Verba reddidi Euangeliſtæ, non Xaverii, qui id impetrare à ſe non po-

tuit, Spiritus Sancti verbis ſua ut poſtponeret. Xaverii enim hæc ſunt, *Tu es Petrus, id eſt lapis ſuper quem ſtructura Eccleſiæ meæ firma erit.* ex qua verborum conſtructione idem eſt Petrus, & lapis cui Eccleſia inædificatur: at ex priori, non idem. neque enim Servator dixit, Tu es Petrus, & ſuper hunc Petrum, &c. Sed, & ſuper hanc Petram, diſtinguens inter Petrum, & petram: ad indicandum, ſicut Petrus non poterat in Eccleſia nominari Petrus, id eſt lapis, niſi ratione confeſſionis à ſe de Chriſto editę, ita confeſſionem iſtam eſſe veram petram, cui Eccleſia eſſet ſuperſtruenda. Sed fac ſenſum Chriſti eſſe, ipſum Petrum eſſe petram, cui Eccleſia ſit inædificanda, ſequitur ne inde, Petrum à Chriſto digniorem cæteris Apoſtolis, & eximiorem eſſe redditum? fatebitur mihi credo omnis Chriſtianus, Petrum non qua hominem, ſed qua Apoſtolum & præconem doctrinæ Chriſti eſſe fundamentalem Eccleſię petram. quid vero hîc habet, quod non cum cæteris coapoſtolis commune ſit? Eſt enim Eccleſia Dei *inædificata fundamento Prophetarum & Apoſtolorum*, Epheſ. 2. 20. non prophetæ dixit, & Apoſtoli, v. gr. Moſis & Petri, ſed Prophetarum & Apoſtolorum, id eſt metonymicè doctrinę Prophetarum, & Apoſtolorum. ſicut Luc. 16. 29. *habent Moſen & Prophetas*, id eſt, doctrinam Moſis & Prophetarum. quum igitur doctrina Euangelica non magis ſit Petri quam cæterorum Apoſtolorum, nulla cauſa eſt, cur Petrus magis petra dicatur Eccleſiæ, quam cæteri Apoſtoli. quamobrem *cæleſtis Ieruſalem duodecim dicitur habere fundamenta, quibus inſcripta erant 12 nomina Apoſtolorum Agni*, ut ſciamus, pares hîc eſſe partes Apoſtolorum omnium. Apocal. 21. 14.

Pag. 13. Facit hîc rursus, ut in historia Christi, Petrum quater abnegantem: bis apud Annam, & bis apud Caipham. Confer cum isto loco, & videbis rursus Xaverium. Vnde vero didicit, obsecro, Pag. 14. Petrum, desertâ Caiphæ aulâ, Dominam Mariam, aut ut propriè sonat, Majestatem Mariæ adiisse, nec ab ea tantum intercessionem postulasse, sed & mandatum accepisse, ut cæteris Apostolis congregatis, resurrectionem Christi cum ipsis exspectaret? oportuit scilicet, quum ex S. pagina Interpellatrix apud Deum, & præses Apostolorum haberi S. Virgo non posset, mendaciis id conficeretur.

Vt & mendaciis, Petrum esse Christi vicarium in terra. sic enim sunt verba Xaverii, Pag. 17. *Quum cœlum versus iturus esset Christus, Petrum in locum suum in terrâ constituit, ipsique dixit, Claves in manus tuas dedi. super quemcunque tu in terra ligas, ligatum erit super eum in cælo, & super quemcunque in terra solvis, in cælo super eum solutum erit.* Hæc Petro Christum dixisse jam ante ex Matth. 16. narravit Xaverius. at à resurrexione, quum se ad iter in cœlum accingeret, Petro soli repetivisse, splendidum est mendacium. pessima fide in solum Petrum transtulit, quod omnibus Apostolis attribuitur apud Iohan. 20. 21. 22. 23. Verba apud Latinum Interpretem sic habent: *Dixit ergo eis Iesus iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, & dixit ipsis, Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* ubi non tantum de vicariatu Petri nulla mentio, sed & potestas clavium, Matth. 16. ipsi data, & per illam peccata ligandi & solvendi, omnibus Apostolis communiter traditur.

Actor. 2. 6. Verba hæc, Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, Latinus Interpres ad verbum vertit, *Facta autem hac voce, convenit multitudo.* Temere admodum noster Xaverius per *vocem* intelligit sonitum venti & tonitrui, ac fingit, Pag. 18. *Hierosolymitanos, percepto vento intenso & fragore tonitrui, existimasse, Apostolos qui in templo erant omnes interiisse. quocirca undequaque confluxisse, ut statum eorum detegerent.* Somnium est, quum *vox* hîc potius rumor sit, qui de miraculosa Spirit. S. in Apostolis operatione per urbem spargebatur. Agnosce hîc rursus Xaverium. eadem enim dixit in Hist. Christi, pag. 526. Quomodo autem impactum Apostolis ebrietatis crimen repulit Petrus? dixisse eum ait: pag. 18. *Verè ebrii sunt, sed non ex potu uvarum; verum ex eo potu quem Ioël prædixit. cujus verba hanc habent interpretationem: Quum Christus veniet, viri vestri & filii vestri è Spiritu Dei ebrii erunt, & prophetabunt, & miranda facient.* Nonne audaciæ est & petulantiæ, tantopere à Petri & Ioëlis verbis recedere? Notandum quoque, hîc apud Nostrum, ad hanc apologiam Petrum surgere, nullâ factâ mentione cæterorum Apostolorum. cum Lucas dicat Act. 2. 14. σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα. Sed Petrus hîc ubiq; prævalet. Audi rursus.

Summa, inquit Pag. 29. *venditorum agrorum ad illum gloriosum* (Petrum dicit) *apportabatur, ut pro scientia & providentia distribueret, & unicuique quantum egestati ejus sufficeret, erogaret.* Rursus: *Ananias partem pecuniæ pro se servavit, reliquum autem in conspectum S. Petri tulit, & dixit: Hæc est summa pretii terræ, quam in conspectum tuum benedictum tuli.* Quis non videt, cur tam audacter Petro soli asscribat, quod S. Lucas Act. 4. 35. & 5. 2. Apo-

ſtolis in genere? niſi ut Indi hæc in ipſis Euangeliis tradi arbitrantes, ex Euangeliis de primatu Petri perſuaderentur. & ne primatum iſtum everſum irent, quæ Actor. 8. 14. leguntur, *Quum audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Iohannem:* Noſter intrepidè hæc hoc modo interpolavit, Pag. 38. *S. Petrus, conſenſu cæterorũ Apoſtolorum, Iohannem comitem aſſumens, Samariam ivit.* hîc Petrus ſponte it, conſentientibus tantum cæteris Apoſtolis: illic ab Apoſtolis mittitur. Hîc Petrus ipſe Iohannem aſſumit; illic Iohannes etiam ab Apoſtolis mittitur, & Petro comes datur. Quorſum autem aſſumtum à Petro Iohannem dixit? ut hunc illius miniſtrum crederent Indi, adeoque præemineret ubique Petrus. quocirca probè ſibi cavit, ne, quod ait S. Lucas Actor. 8. 15, 17, 18. *impoſitione manuum Apoſtolorum datum fuiſſe Samaritanis Spiritum S.* idem ipſe diceret. Soli Petro, tanquam hero, id aſſcribendum fuit. neque alium hîc agnoſcit Noſter. vide pag. 38. lin. 14. Nuſquam non audax eſt Xaverius. Act. 10. 7. dicitur Cornelius Centurio miſiſſe *duos famulos ſuos, & militem religioſum.* noſter ait, *Vnum equitem & duos pedites.* poſt ỳ ſ. 11. dicitur linteum, è cœlo demiſſum, fuiſſe τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον *quatuor extremis devinctum.* noſter ait, pag. 42. *quatuor viri ad quatuor angulos tenebant.* adde ỳ. 22. ubi Cornelius dicitur monitus fuiſſe *ab Angelo Sancto.* noſter, *ab Angelo Gabriel.* ſic enim Perſicum سروش exponitur in Gloſſario Cl. Golii, *Angelus Gabriel.*

Quæ ſequuntur, ex indigno fide authore ſunt deſumta, nempe ex Clementis Romani Recognitionũ libris, de quibus quid ipſi Pontificii ſentiant, præmonendus

eſt Lector. Sixtus Senenſis Bibl. l. 2. in voce Clemens, *Recognitionum volumina, ut libere pronuntiem quid ſentiam, ſuſpicor,* inquit, *non eſſe Clementis. Nam præterquam quod multa in ipſis ſub perſona Petri Apoſtoli, ex intima Platonis & Ariſtotelis philoſophia referuntur, duo quoque integra folia recitantur ex perſona Petri in nono libro hujus operis, ad verbum tranſcripta ex libro de fato adverſus Abydam aſtronomum Bardeſanis Syri, qui teſte Epiphanio claruit ſub Marco Imperatore annis 70 poſt mortem Clementis: quam etiam Bardeſanis ſcripturam Euſebius iiſdem plane verbis recitat, ne una quidem immutata dictione. Sunt quoque in his libris pleraque incerta, multa fabuloſa, nonnulla inſuper Catholicis dogmatibus adverſantia, ex quibus Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis nonnulla annotavit in vita Clementis.* Hæc Sixtus, qui paulo poſt, hoc Recognitionum opus, idem eſſe vult cum *Itinerario Clementis*, damnato ab Eccleſia. Sed paulo etiam gravius de his libris Baronius Ann. tom. 1. ad an. 51. num. 53. *Ex his libris,* inquit, *tanquam ex cœnoſo gurgite ejuſmodi portentoſa mendacia, & inſana deliria deducta ſunt, quæ non tantum ab eruditis viris improbanda, ſed ab omnibus qui vel leviſſimè Eccleſiaſticarum rerum peritia tincti ſunt, eſſe procul rejicienda non dubitamus.* Nec diſſimile eſt judicium Bellarmini in lib. de Script. Eccleſ. & de Rom. Pontif. lib. 2. c. 2. Et Pererii, Comment. in Gen. lib. 2. 4. 1. Ex his tamen fontibus hiſtoria Petri, quæ deinceps ſequitur, potiſſimum manavit. Quod enim de Cathedra Petri, Antiochiæ à Theophilo urbis præſide erectâ narratur, pag. 49. depromptum eſt ex decimo Recognitionum libro, ſub ipſum libri finem. Quæ ſequitur ibidem hiſtoria, de Fauſtino, ejuſque uxore Mathi-

diana, ac tribus eorum filiis, Fausto, Faustino & Clemente, per omnes decem Recognitionum libros sparsa est, nisi quod ibi pater Faustinianus, mater Mathidia dicitur. estque Clemens idem iste, cui hi Recognitionum libri asscribuntur, quique in iis admiranda, quæ sibi familiæque paternæ evenerunt, recenset: ut dubium nullum esse queat, quin quæcunque à Xaverio de hoc negocio narrantur, non aliunde fluxerint. Fratrem Faustiniani fratriam suam Mathidiam deperisse, habes lib. 7. at Germanum eum dictum fuisse, quod non ignorat Noster, ibi tacetur. Iter Mathidiæ cum filiis duobus Fausto & Faustino Athenas, eorumque naufragium, & ut in insulam quandam appulerit Mathidia, ibi à vidua paupercula hospitio sit excepta, & ob filiorum amissionem, quos mersos putabat, brachium sibi momorderit, ibidem loci habes. ubi & Insulam istam Aradum, vel Antharadum dictam fuisse docetur. Similiter Faustinum & Faustum à piratis fuisse naufragio ereptos, Cæsaream Stratonis deductos, viduæ, Justæ nomine (noster Justinæ dicit) divenditos, & mutatis nominibus, priorem Nicetam, alterum Aquilam fuisse dictum, & Simonis magi factos esse discipulos, in eodem libro extat. ut & naufragium patris ipsorum Faustiniani. At quomodo Clemens per Barnabam ad Petrum devenerit, ex lib. 1. Recogn. disces. quomodo per Petrum primo Clemens, deinde Faustinus & Faustus matri Mathidiæ innotuerint, ex lib. 7. quomodo rursus per eundem Petrum Faustinianus senex & uxorem repererit & filios, ex lib. partim 8. partim 9. Quomodo Mathidiæ simul, & hospitæ ejus paralyticæ sanitas à Petro sit restituta, ex lib. 7. Universam

versam hanc fabulam recenset quoque Abdias Babylonius, Apostol. histor. lib. 1. sed quod scriptum Apocryphum, prorsus rejectum, nullius fidei & supposititium esse, ipsi Pontificii clamitant. vide Salmeronem, Comment. in 2. Tim. 2. disput. 2. p. 585. Baronium, Ann. tom. 1. ad an. 51. num. 51. Possevinum Apparat. Sac. verbo Severus Sulpitius. Bellarminum, lib. 2. de bonis oper. c. 24.

Pag. 62. Fabula de Catenis Petri extat in Lombardica Historia, sive Aurea Legenda, id est, in nugarum & mendaciorum cloaca. sed noster ait, Theodosium regnasse anno 388. Legenda, cœpisse eum regnare anno 426. Noster, Eudoxiam fuisse uxorem Theodosii. Legenda, ejus filiam. Noster unius catenæ meminit, quam Eudoxia Hierosolymis Romam attulerit permissu Præsidũ Malthæ. Legenda, duas catenas, quibus Petrus sub Herode vinctus fuerat, Judæum quendam Eudoxiæ obtulisse pro magno munere, quibus se cum catena à Pelagio Papa (noster Gelasio) producta sociantibus, & tam arctè jungentibus, ut cum ea in unam coalescerent, inde Festum Petri ad vincula esse ortum. Quod autẽ noster addit, catenam hanc miraculis claruisse, & *quicunque eam gutturi suo alligavit, à quocunque morbo sanatum fuisse, ac dæmoniacis liberationem contigisse*, Aurea Legenda plenius narrat, his verbis: *Comitem quendam, Imperatoris Ottonis propinquum, Diabolus ante oculos omnium tam crudeliter arripuit, ut seipsum dentibus laceraret. Tunc jussu Imperatoris ad Iohannem Papam ducitur, ut catena S. Petri ejus collo circumdaretur. Sed cum quædam alia catena, furentis collo fuisset imposita, & nihil ex hac provenisset salutis, nimirum ubi nihil latebat virtutis, tandem*

vera Petri catena producitur, & furentis collo imponitur. tantæ autem virtutis pondus Diabolus ferre non potuit, sed mox coram omnibus exclamans abscessit. Tunc Theodoricus Metensis Episcopus ipsam catenam arripuit, & eam se nullatenus dimissurum, nisi manus sibi præscinderetur, asseruit. Cum igitur super hoc inter Episcopum & Papam aliosque Clericos gravis oriretur contentio, Imperator tandem ipsum litigium sedavit, & Episcopo ex ipsa catena à Papa annulum impetravit. Ignosce, benevole Lector, quod hisce næniis obtundaris. nugari libuit in gratiam Xaverii, ut, quam præclara spectarit, intelligatur.

Pag. 65. Nuncupato super ægros à S. Petro Iesu Christi nomine, ingentem lucem è cœlo apparuisse, qua sanatis protinus omnibus, plus quam decem hominum millia una septimana fidem Christi amplexa fuerint, petitum est ex lib. 10. Recognitionum sub finem.

Pag. 65. Petrum ac Paulum adfuisse simul Romæ, seque pariter Simoni Mago opposuisse, ex Abdia Babylonio petitum, Apostol. Histor. l. 1.

Simonem Magum caput sibi obtulisse amputandum, specie vero ovis imposuisse Cæsari, ex Legenda S. Petri in Lombar. hist. haustum est, ubi Leo Papa fabulę istius author dicitur; in cujus tamen epistolis nihil tale quærenti occurrit. nec, si occurrat, fide dignus sit, nisi de antiquioris authoritatis testimonio constet. quum is demum 550 circiter annis à nato Christo vixerit.

Paris authoritatis est, quod de Angelis Simonis, canum rapacium formâ in S. Petrum immissis, ab illo autem pane coercitis: Item de mortuo, quem Simon suscitare se posse jactabat, suscitavit autem Petrus, narratur. Vtrumque ex Abdiæ Babylonii Apostol. Histor. l. 1.

fluxit. nisi quod apud hunc posterius miraculum priori præmittatur, tanquam ejus causa seu occasio. Noster Lombardicæ historiæ seriem sequi maluit.

Sed unde fabulam habet de cane, foribus cujusdam discipulorum Petri, Vigilii nempe, ad dilacerandum Petrum alligato? Totam eam habet Lombardica Historia. Sed pro Vigilio, Marcellum dixit. Alium Simonis canem habes apud Cedrenum pag. 170. *Quo tempore*, inquit, *magnus ille Apostolus Petrus Romam venit, statuit Simonem adire. Erat ad fores Simonis canis prægrandis, catenâ vinctus, cujus operâ Simon arcebat quoscunque ad se accedere nollet: idque primum miraculum occurrebat ad Simonem intraturis. Petrus canem ita magnum & efferatum cernens, cognito multos ab eo fuisse interfectos, quod ante jussum Simonis ingredi conati essent: apprehendit eum, solutumque intrare ad Simonem jussit, eique humana voce dicere, Petrum servum Christi cupere ipsum conventum. Cum canis statim intro accurrisset, itaque esset locutus, obstupuerunt qui cum Simone erant: percontatique sunt, Quisnam iste Petrus, & quæ ejus tanta potestas esset. Simon respondit, non debere hoc eos mirari. nam se idem præstiturum. simul cani mandat, ut humana voce Petrum intro venire jubeat. quod quum canis fecisset, ad Simonem intravit Petrus.* Idem narrat Nicephorus, hist. Eccles. lib. 2. c. 27. Mirum id à nostro fuisse omissum. puduit eum forte commenti. utinam & similium puduisset.

Volatus Simonis in aërem, ejusque mandante Petro in terram lapsus ac mors, antiquiores authores non habet quam Abdiam Babylonium, lib. 1. & Clementem Romanum Constit. Apostol. lib. 6. c. 9. ubi ipse Apostolus Petrus Simonis hoc ludibrium & tristem casum nar-

rat. Sed ut ſupra Clementis hujus Recognitionũ libros ab ipſis Pontificiis repudiari diximus, idem de Conſtitutionum Apoſtolicarum libris dicendum. vide cenſuram Scriptorum quorundam veterum Rob. Coci, ubi non tantum indubitatis argumentis, ſed & Baronii, Bellarmini, atque Bovii Epiſcopi Oſtunenſis authoritate, libri hi incerti, apocryphi, & cum ſana doctrina ſubinde pugnantes arguuntur.

Pag. 77. De cuſtodibus carceris à Petro in carcere converſis, deque fonte ibidem producto, quo baptizarentur, ſcripſit Linus Epiſcopus in Paſſione Petri Apoſtoli, qui cuſtodes iſtos Proceſſum & Martinianum vocat, ac fontem admirabili ſigno crucis & precibus de rupe fuiſſe productum ait. *At Lini hiſtoria verè conficta eſt, & quia conficta, nullius eſt authoritatis*, inquit Bellarmin. de Rom. Pontif. l. 2. c. 9. ſimiliter Baronius, Poſſevinus, & alii Pontificii judicarunt, ut videre eſt in Cenſura Coci.

Pag. 78. Petrum à piis rogatum ut Româ diſcederet, renuiſſe, deinde precibus ceſſiſſe: exeunti Chriſtũ cum cruce occurriſſe, ſeque Romam tendere ut crucifigatur dixiſſe, hinc Petrum pedem retuliſſe, Abdiam Babylonium & Linum autores habet, apocryphos, ut diximus.

Ibid. De duobus Romani filiis, dæmoniaco uno, altero incurabili morbo detento, à Petro autem ſanatis, in nullo citatorum hactenus à nobis authorum quicquam legimus. de filia autem à dæmone per Petrum liberata in inſula Antharado, hiſtoria eſt, aut fabula potius apud Clementem Recogn. l. 9. ſub finem.

Pag. 81. Martialem à Petro in Galliam fuiſſe miſſum, cum aliis ſociis, quorum unus paulo poſt defunctus Petri

tri baculo ſit reſuſcitatus, Abdiam Babylonium authorem habet. qui in hiſtoria S. Martialis Epiſcopi fabulam hanc enarrans, Auſtriclinianum vocat defunctum hunc Martialis ſocium, & in loco qui Elſe vocatur, è ſæculo migraſſe ait. In hiſtoria Lombardica diverſimodè hæc fabula narratur.

Ibid. At de Minio & Domitiano in Galliam quoque miſſis, Domitiano autem in itinere defuncto, ac veſtis S. Petri lacinia vitæ reſtituto, nihil rurſus in prædictis authoribus legimus. pag. 82. de Petri filia Petronella, ex Marcello refert Aurea (ſtercorea) Legenda Iacobi de Voragine, ſed non prorſus cum noſtro conſentientia.

Pag. 85. De Agrippa & quatuor ejus ſive uxoribus ſive concubinis fabulam apud Linum habes, apocryphum ſcriptorem.

Pag. 90. Petrum inverſis veſtigiis fuiſſe crucifixum, quod ipſe id poſtulaſſet, authores ſunt Abdias Babylonius, & Linus. poſt illos alii.

Ibid. Angelos crucem Petri circumvolitaſſe, coronas florum geſtantes, Petrumq; è manu Chriſti librum accepiſſe; author rurſus eſt Apocryphus ille Linus.

Pag. 93. Petrum 37 ætatis anno cœpiſſe in Chriſtum credere, tres annos viventi Chriſto inſerviiſſe: 12 annis Hieroſolymæ & Antiochiæ degiſſe: 25 annis Romæ prefuiſſe, adeoque octogenarium fuiſſe mortuum, nullis certis teſtimoniis nititur.

Ibid. Statura ac forma S. Petri ex Nicephori Eccl. hiſtor. l. 2. c. 37. deſumta eſt. qui Author ut Græculus eſt credulus & fabuloſus, ita recens eſt, quippe qui anno demum milleſimo & centeſimo à nato Chriſto vixit. Capillos capitis & barbæ ait fuiſſe criſpos & denſos. At Hiero-

Hieronymus tom. 9. in Comment. in epist. ad Galatas tradit, Clementem in periodis Petri referre, *Calvitiem habuisse in capite.*

Cibum ejus panem fuisse siccum, ita tamen ut nunc ad oleum, nunc ad olera interdum ferretur, ex Clem. Recognit. lib. 7. petitum.

Faciem Petri perpetuis lacrymis adustam fuisse, in Lombardicâ histor. legimus.

Pag. 94. Curam, quam dormientium suorum discipulorum habuisse S. Petrum noster narrat, nusquam legimus. estque sanè ineptissima.

Reddet aliquando rationem Xaverius magno ovium pastori, ac summo animarum inspectori Christo, quod pro salutari Prophetarum atq; Apostolorum doctrina, nugas has & fabulas, quarum primi Authores doctioribus ac prudentioribus Ecclesiæ Rom. Antistitibus spurii atque apocryphi habentur, supponere, adeoque doctrinam Apostolicam conspurcare, Ecclesiam Christi ludibrio exponere, & spes hominum fallere ausus fuerit.

SVffecit nobis breviter præcipua Historiæ S. Petri capita perstrinxisse. Cætera aliis relinquimus, quibus plus est otii. Ne quis autem de fide nostra sinistri quid hîc suspicetur, monemus, Autographum M.S. esse libellum in quarto, cujus volumine alii etiam duo Persici tractatuli continentur, nempe Mors Huseini filii Ali Chaliphæ. Deinde fragmentum vitæ Acabari Imperatoris Mogol. Allatus fuit ex regno Mogolensi, cum aliis octo aut novem libellis Persicis, quorum unus inscripta habet quæ sequuntur, *Emptus in Agra, 16. Stuferis,*

feris, 20. Octobris 1626. Ioannes Romanus Roterodamo-Batavus. Emtor ergo, possessorque istorum librorum fuit hic Ioannes Romanus Roterodamensis, idemque Medicus, qui Orientalium Linguarum cognitione flagrans, Indiam petiit, ibique hosce libros coëmit. Sed cum in reditu ad patriam, vitam cum morte commutasset, in aliorum manus libri hi inciderunt. quorum duo volumina sunt penes amicum nostrum Ioannem Eligmannum, nunquam sine honore ob variam ejus eruditionem nominandum. ex quibus est hic quem ex parte vertimus libellus. Hunc adeat, qui de fide nostra certus esse cupit. Vt autem curiosus, & rerum in orbe Barbaro à Christianis gestarum studiosus Lector, studia nostri Xaverii apud Mogoranos penitius intelligat, visum fuit, ex Libello Leodii anno 1601. impresso, cui titulus, *Iaponica, Sinensia, Mogorana, à P. Ioanne Orano in Latinam linguam versa*, duas Epistolas, unam ipsius Xaverii, alteram Emmanuelis Pigneiro, ambas anno 1598. ex India sive regno Mogorano datas, subnectere. ut liqueat, quanto molimine, quibus artibus, & quo successu, non tam Euangelium, quam Romana superstitio atque idololatria, promota ab ipsis sit inter Indos, ac protrusa. Vtere, fruere, Lector humanissime, ac studiis nostris fave.

NARRATIO BREVIS RERVM à Societate in Regno magni Mogor gestarum, transcripta ex Literis P. Hieronymi Xavier Societatis IESV, Anni 1598. & P. Emmanuelis Pigneiro, Anni 1598.

HIs, res nostræ missionis persequar, & quæ in Cascimirano Regno Frater noster Benedictus Gois, mecum Regem comitatus, effecerit, breviter comprehendam. Regio hæc perfrigida est, eamque algidam magis reddunt altissimi, quibus cingitur, montes: sed cum Regno Tebat (quod illi ab Oriente adjacet versus Scetaium, vel Cataium, ubi est ille insolens, & nominatissimus trecentorum millium murus, qui Tartariam à Sina dividit, & separat) collata, temperatior, ita ut à gelidis montibus Regni Tebat mense Majo gregatim, & per acies infinita prope anserum sylvestrium agmina advolent, & in flumina, quæ juxta Vrbem Cascimirum tanquam calidam magis manant, & fluunt, se immittant. Octo ab ea Civitate milliaribus, est locus aquæ dulcis, tam vastus, ut majora, & altiora navigia ferat, & ambitu suo quinque, latitudine verò semi alterum miliare complectatur. In Insula, arte, in lacu medio excitata, palatium est Regis, in quod se confert, cum ad anserum, quæ magno ibidem sunt numero, venationem proficiscitur. Ad fluminis ripam, quod per lacum Occidentem versus decurrit, visuntur immensæ magnitudinis arbores, trunco foliis castaneæ simillimæ, tamen plurimum differente, qui exsiccatus vagas, & volubiles undas refert, estque cistis, &

scriniis fabricandis aptissimus. Terra, oriza, frumento, herbis esui aptis est fertilis, & à multis fluminibus irrigatur, adeoque fontibus abundat, ut in colliculo centum & plures fontes inveniantur. Ad mori radices vites plantant, quæ arboris stipitem supergressæ claviculorum adminiculo ita se ramis inserunt, ut ex eadem arbore uvæ, & mori dependentes videantur. Non procul à Civitate, Palatium antiquum cernitur nigro lapide, summo artificio extructum, cujus columnæ, & porticus, saxis constant justam mensuram excedentibus. Vulgo dicunt, cum Civitas ethnicos ritus sequeretur (nam ante 300. annos incolæ Mahometum Maurorúmque superstitiones admiserunt) ad usque eum locum protendebatur.

Hoc in Regno extrema fuit fames, sic ut in dies multi inedia absumerentur, & ne pueri infantes deserti, & omni humana ope destituti morerentur, matres è domibus ejectos in plateis exponebant, quorum plurimos colligebamus, qui salutari aqua abluti creatori suo animam reddebant. Cum igitur ex Mauris quidam abjectos infantes tam pie, & humaniter a nobis tractari vidisset, obtulit ex filiolis suis unum, quem matri restitui, data in alimentum, & nutritionem certa summa. Sed dilato baptismo multo mane, & primo velut diluculo exauditus est ad domus januam clamor. accurrens igitur ad ostium, ut viderem quid sibi vellet hæc vociferatio, inveni matrem esse infantis, evocantem me, ut in ædes suas me conferrem, puerulum morti proximum baptizaturus: Parui, comitantibus me Lusitanis quibusdam, &, consentiente Patre, ablui. Volebat Pater mortuum circumcidere, sed non passi sumus tantum sacrilegium, sepelivimusque Christiano ritu. Benedictus Dominus, qui ab hominibus abjectos in vitam

æternam colligit. Idem pusioni trimo accidit, qui ad nos a Maura quadam delatus, statim a baptismo mortuus, in cælum conscendit.

Cum Rex Laborum regredi vellet, petii, ut bona ejus cum facultate, nobis præire liceret: In iter parantibus supervenit mulier filiolum deferens, quem nobis venderet, & ne adulterinus, aut furto sublatus putaretur, secum testes adducens, qui proprium confirmarent: sed cum negarem mihi eam in rem commoditatem, neque eum adesse, qui commode puellum portaret; obtulit se ad montes usque, iter sat longum, filii bajulam, quod, & fecit, exigua mercede, & pretio.

Recedentes ex Ethnicis plurimi valedicturi accesserunt, quasi multis annis amicitia fuissemus conjuncti: magnam enim de nostro candore, & integritate opinionem conceperant; quare qui in comitatu Lusitanorum nos sequebantur, pecuniam suam servandam nobis committebant. Eo in regressu, famis, & frigoris incommoda, itinerumque multas difficultates passi sumus, viis montibus interseptis, adeo vero arctis, & asperis, ut solum equitem admitterent, & lento hoc, ac tardiori frequenterque interrupto incessu, patientiam nostram exercerent, elephanto, qui sarcinas portabat, novam afferente molestiam, qui in transcendendis montibus, pedibus diffidens ne oneri succumberet, proboscide, tanquam scipione quodam, utebatur. Hoc in itinere interrogatus ab Ethnicis, Frater noster Benedictus, quis esset, Religiosum se esse, respondit, qui cum sociis semitam veram in cælum conscendendi. homines doceret, & cælibem, ac castam vitam duceret, quo audito ad pedes se abjiciebant, ejus instituti viros plurimum laudando.

Post

Post multos anfractus, & labores tandem ad decimum tertium Novembris Laborum pervenimus, unde 13. Maij discesseramus, fuimusque à Gubernatore, qui vices Regis absentis obibat, & civibus, qui primo olim accessu, nos lapidibus impetebant, sereniori vultu, & cum aliqua gratulatione excepti. Paucos post dies sequutus est Rex cum Principe, equis, elephantis, multisque ex suis in via amissis. Iuerat ad leonum venatum Princeps, elephanto fæmina nullis dentibus armato vectus, occurrentesque leones necdum adultos, aut viribus confirmatos, facilè confecerat, quibus tamen succurrens valentissima leæna, magna ferocitate Principem versus dilapsa, priusquam proximè accessisset, ab eodem sagitta, non tamen mortifero ictu confixa est, qua plaga accepta, rabida, & furens aggreditur, ferientem ut eum unguibus, & dentibus discerperet, sed fistulæ sulphureæ, quam gestabat, glande non inani, aut irrito conatu rursus trajecit, nec hoc quidem vulnere, tametsi graviori, audaciores spiritus, ferociamque remisit: verum irritata magis, impetu magno in elephantum insiliit, tam vicina hosti, ut oris spuma, quam rabies excitabat, Principem inficeret, qui tamen periculo audacior factus, arrepto sclopo tanto impetu feræ caput pulsavit, ut attonita, & stupens in terram rueret, quam miles quidam adorsus, gladio percussit, quo ex vulnere mortua est, prius tamen se ipsam ulta, miserrime dilacerato, & dilaniato percussore. Videtur Dominus noster, hoc ex periculo liberare voluisse Principem, quod cum sit rebus nostris addictissimus, eo, forte ut instrumento, uti velit, ad multorum salutem, & ab errore conversionem.

Natalitiis Christi festis, Frater noster Benedictus Gois

q 3 *præ-*

præsepe, & incunabula tam pia curiositate excitavit, nullus ut Goanorum cederet, ad quæ visenda, Christianis immixti Ethnici, & Mauri, accurrerunt. Nocte multa religione dictæ sunt missæ, exhibita etiam à quibusdam adolescentibus pastoralis ecloga, quæ, Persica lingua, de Christi Domini Natali agebat, adjunctis aliquot Industanis sententiis: sicque placuit ut ex duobus Mauris, qui actioni intererant, alter socio diceret: Nos Christianos Cafaros, hoc est, gentem quæ nec Deum, nec Prophetas noverit, vocamus: nos certe illi ipsi sumus, cum ea, quam ipsi de Deo, rebusque divinis notitiam habent, adeo, ut audis, in vatibus, & prophetis versati, careamus. Refecti sunt igitur, & hac pia exercitatione recreati plurimum, & quæ viderant læti ad suos perscripserunt. Idem fecerunt ex Ethnicis quidam. Finito sacro officio, apertæ sunt omnibus portæ, eaque fuit Maurorum, & Ethnicorum accurrentium pietas, & religio, ut conspecto puero Iesu in cunis jacente, venerabundi se in terram prosternerent. Varia sacræ scripturæ mysteria, quæ coram exhibebantur occasionem dabant de rebus fidei nostræ sermocinandi. Tantus vero iis diebus extitit spectantium concursus, ut ad Octavam Epiphaniæ incunabula permanserint: Fama hujus per Civitatem sparsa, etiam exteros ad visendum hoc spectaculum impulit. Et ut omnia constringam, adeo quibusdam centurionibus, & belli ductoribus placuit, ut etiam Regi denunciare vellent, dignum esse existimantes, ut vel ab ipso Rege, videretur. Nihilominus tamen majora signa approbationis rerum nostrarum ostendebant Ethnici, quam Mauri, qui votis Dei matri se obligabant, offerendo illi, quæ cujusque facultas permittebat: Attulit illi quædam mulier, certum quod-

dam

dam donum, cumque doni caussa ab ea requireretur, respondit, postulasse se à Bibi Mariam, hoc est, a Domina Maria (ita enim Beatissimam Virginem nominant) filiolum, quem etiam impetraverit: In hujus igitur rei memoriam, & aliquam compensationem, hoc munus offerre.

Neque solum plebs, & infima multitudo, ad Mariam, misericordiæ matrem, ut gratiam aliquam impetret, sed, & ipsi Principes, recurrunt. Quos inter unus, nescio quid postulaturus duos cereos obtulit, quatuor palmas longos, ea crassitudine, ut duabus manibus vix stringi, vel comprimi possent, acceptumque ex his unum clausis, & obseratis oculis in modum orantis, & meditantis Patri consignavit accendendum, & in honorem Domini Iesu (ut ipsi loquuntur) absumendum. Eodem ritu, & ceremonia, alterum dedit, ut in cultum & gloriam Dominæ Mariæ arderet. Deinde in eleemosynam triginta aureos contribuit, quos in Christianos pauperiores distribuimus.

Amor, & studium, quo Princeps Christianæ fidei afficitur, facit, ut offerente sese occasione eam defendat, & tueatur. Hinc accidit, ut cum Maurus quidam coram diceret, Patres Societatis porcinas carnes edere, neque se satis intelligere, quam vitæ rationem tenerent Christiani; responderit Princeps, nullam illi justam esse caussam cur de iis male loqueretur aut sentiret, quod legem Euangelicam possiderent, prophetas, & scripturam sacram, ad cujus normam omnes suas actiones definirent.

Profitetur publice devotionem suam, & Domino Iesu, ac Dominæ Mariæ (utor verbis gentis) debitam reverentiam, eamque ob caussam in cubiculo utriusque pictas habet imagines, quas quodam die in hujus rei confirmationem, ex fenestra spectandas multis exhibuit.

Obtu-

Obtulerat illi Christianus quidam Servatoris nostri cruci suffixi, pendente utrimque latrone, fictam, formatamque imaginem: Cum ergo astantibus multis plenam hujus significationem deposceret, campum mihi aperuit, ut bonam temporis partem in explicandis tormentis, & Christi perpessione, consumerem. Idem à me factum est, alio quodam tempore, in media hominum corona, occasione accepta, ab Iaponica sica in cujus capulo crux, & clavi visebantur, Principe etiam ex fenestra attentè me audiente.

Quodam die cum eum inviserem, inveni cum duobus pictoribus, qui inductis coloribus, & pigmentis parvas quasdam imagines illustrabant, quarum altera, erat Angeli Pastoribus apparentis: altera, Servatoris nostri de cruce depositi: Interroganti igitur, quid hæc sibi vellent, & quorumnam essent similitudines: sacræ perpessionis Christi Domini habitos olim ad ipsum sermones innovavi: Disputavi etiam cum ejus magistro de mysterio Sanctissimæ Trinitatis, & assumpta à Filio Dei in salutem generis humani, carne; ostenditque se in meis responsionibus conquiescere. Cum ex me scire vellet modum, quo Christiani precationes suas instituunt, lapsus sum in difficultatem, quam experirentur, qui extentis brachiis, & corpore in crucis modum conformato, ad Deum orarent: Quod cum audisset quidam Principi familiarior; & quænam, inquit, hac in re pœna? mihi animus & vires, ut etiam horam unam in eam formam productis, & sparsis sim brachiis: Iussit igitur Princeps, ut experiretur, qui composito in crucem corpore jocabatur, laborem eum elevans: sed post aliquam moram rogatus, qui haberet, confessus est, nonnihil se fatigari; Modico rursus tempore interjecto, dixit, gravem esse, quam sentiret corporis molestiam, quodque languentia, & fessa

brachia diutius tenere non posset, dabatque ea doloris signa, ut Principi, & astantibus risum moveret. Curavit etiam, ut duo alii idem probarent, qui primo quoque tempore doloris impatientes, misericordia implorata, circumstantibus cachinnum excitarunt. Tandem secedens, & in locum secretiorem se recipiens Princeps, voluit in se ipso molestiam hanc experiri, ac in quartam, & eo amplius horæ partem eam corporis constitutionem produxit, tanto dolore, ut stupentibus, & quasi emortuis membris brachia movere non posset, pœnæque acerbitatem professus, dixit se tamdiu perdurasse, quoad temporis, quo Christus Dominus noster in cruce pependit, recordaretur. Cœpit postea de pœnis, & corporis afflictationibus, quas voluntarie, & ultro Christiani suscipiunt, multo eorum qui præsentes aderant sensu, fusius loqui; & hujus confirmationem narravit de Patre Rodolpho Aquaviva (cui fuerat amicus intimus) quod cum in cubiculo non procul à suo ageret, nocte quadam hujusmodi strepitum audiverit, ut in parte remotiori eum excitari putaret; cessante igitur sonitu, conclave Patris ingressum & flagello forte invento sic sanguine infecto, ut cruoris guttæ in terram deciderent, Patrem rogasse, quid sibi strepitus auditus voluisset. Sanctum vero Patrem risu tegere voluisse, quod vultus rubor, & verecundi oculi manifeste indicabant. Permoti sunt omnes hujus facti narratione, fidemque Principis verbis tribuerunt.

Alio quodam die de continentia, & castitate, & his qui se integros, castosque juxta legem Christianis præscriptam servant, nobis fuit disputatio. qui punctus est totius difficultatis, & caussæ, cur Christianorum sacris Mauri, libidinis, & incontinentiæ sordibus immersi, non initientur. affirmavitque Princeps, si Euangelium plures uxores permitte-

ret, à multis recipiendum, quod in cæteris, quæ docet, sanctum sit, & conforme rationi. Neque mirum si in temperantia servanda, moderandaque libidine, tantum inveniat difficultatis, cum triginta sex vitæ annos non excesserit, & viginti mulieres, tanquam legitimas uxores sibi adjunxerit.

Adeo cupidus est, & appetens rerum earum, quæ è Lusitania, & India huc afferuntur, speciatim vero imaginis Servatoris nostri, & beatæ Virginis Angelorum Reginæ (quibus ut ait se commendat) ut admirationem moveat. Hinc accidit ut aliquando à Cambaia ad hanc Aulam advectas sarcinas in suum palatium curaverit transferri, quibus præsente se dissolutis & explicatis, quæcumque adlubebant usurpavit, persoluto tamen earum Dominis justo pretio. Eadem ex caussa ob magnam quæ illi nobiscum intercessit amicitiam, non ignarus antiquæ sententiæ: Amicorum omnia sunt communia, ex iis quæ ad nos Goa mittuntur, quæ probantur, & placent, accipit. Retinuit olim sibi imagines quasdam, quarum unam P. Provincialis ad eum destinarat, cumque ex iis aliquam quæ arridebat commonstraret, suspicatus illam esse, qua Pater illum donabat, dixi à magno Patre (sic enim P. Provincialem vocant) ad S. C. missam: quo verbo recreatus est plurimum, quod ejus memoria etiam Goæ in honore esset. utque declararet quam gratum, acceptumque munus esset, peristromata duo, ornando Domini Iesu altari, dono dedit, adjecto etiam tertio elegantiori.

Atque hæc de Principe sint satis, nunc aliquid de Rege dicamus. Cum mihi esset deferenda ad Regem à P. Provinciali missa epistola, quoniam in Oriente moris non est, ut quis se det in conspectum Regis vacuis manibus, ejusdem P. nomine duas affabre in Iaponia fictas imagines largitus sum: Alteram Christi Domini: B. Patris Ignatii alteram, quæ fue-

runt

runt gratissimæ; singulariter verò B. P. Ignatii imago, & similitudo placuit, quod nova esset, nec alias illi visa, petiitque quemnam referret. quod cum fusius explicuissem, rogavit ut vitam ipsius lingua Persica in bonum totius Regni scriberem. Interea advenit Princeps, visaque imagine, postulavit eam tantisper sibi concedi, dum similem pictoris manu fingi sibi curasset. Alio quodam die ad salutandum accedenti, in manus dedit P. Provincialis ad se datam epistolam, ut publicè eam legerem, quod & feci Lusitanicè primum, deinde Persicè: Quam cum percurrerem, signa dedit hilaris, & prompti animi, quod P. scriberet se obligatum, & obstrictum S. C. ob beneficia, & favores nostris impensos: quodque Goæ curaret Domino Iesu commendari. Ad quod Iesu sanctissimum nomen summa reverentia caput detexi, & priusquam honoris sacro nomini exhibiti rationem redderem, apprehensa manu mea, chiliarchis, & centurionibus suis explicatè declaravit, Christianos summo in honore, & veneratione sanctissimum nomen Iesu habere, quæ fuerit causa cur caput detexerim; atque ad me conversus, petiit Itane esset: cui respondi, vera loquutum. Finita P. Provincialis Epistola, lecta deinde P. Monserrati, causam rescire voluit, cur hic à Turcis captus, comprehensusque fuisset, ut ab aliis acceperat. dixi: Mauros, & Turcas Christianis inimicissimos, quos etiam cum possunt pessime excipiunt, eo quod Mahometanæ legi, & sectæ adversentur, cum tamen amare, & in charis habere deberent, a quibus, ut fratribus, & salutis cupidis demonstrata veritatis via; pro qua vitam ponerent, amarentur maxime: neque multos dies intercessisse cum B. P. Abrahamus ad Prestem Ioannem tendens, a Georgio Maronita ob fidei Christianæ professionem cæsus, martyrii palmam reportarit. Hic meus sermo in apertam concionem transiit,

nec

nec defuerunt auditores, Mauris ipsis invitis, qui turbato vultu, accensisque ira oculis, illustrari, & efferri gloriam veri Dei, deprimi vero ac proteri, vitiis, & sceleribus contaminatum, Mahometum audiebant. Neque enim parum permoventur Mauri, cum vident tanta libertate, infamem eorum prophetam nos convincere, & detestari. atque ex iis non nemo ob amicitiam, qua nobis est conjunctissimus monuit, ut caute, & prudenter res Christianas pertractarem, nullum enim Maurum ibi præsentem, qui cupide sanguinem nostrum non sitiret: atque ego, inquit, qui vobis non fictus, sed integer sum amicus, quotiescunque adversus Mahometum loquentem audio, sic accendor, & indignatione ardeo, ut frequens mihi sit voluntas adacto in pectus pugione, te ipsum transfigendi.

Rex a natura rara quadam, & fœlicissima memoria donatus est, quo fit, ut tametsi legere, & scribere nesciat, nihilominus quod prudentiores, & doctiores quosdam disserentes, vel aliorum libros legentes audiverit, nulla sit res, cujus aliquam non habeat notitiam. Pauci est, & levis somni, bonamque noctis partem in audienda historiarum lectione impendit. Si quis extraneus ad Aulam accedit, subito ad se venire imperat, præsentem minutatim interrogat, quæ, & quanta viderit: qua transierit. Circa noctis medium, horæ dimidiatæ spatio alio se ad orandum recipit, interim conferunt, & disputant inter se, quos apud se habet doctiores, in quos cum aliquando incidissem, inveni examinantes quæstionem Mauris novam, atque insolentem, & ad credendum perdifficilem: Num Deus filium habeat. Curavit mecum disputaret, quem habet temporum notatorem, & observatorem: Chronicum quidam nominant. quem cum paucis convictum, repressissem, jussit adesse doctiorem, qui hærentem adjuvaret.

Ad quartum Lunæ importata sunt Musica instrumenta, quibus plurimum delectatur, & diversa simulachra, quorum unum Solis erat, quod diebus singulis primo diluculo veneratur. sed secum reputans, me posse objicere, Solem non Deum esse, sed rem creatam Deique opus: curavit auferri, confestimque ex oculis evanuit idolum. Allata est postea Salvatoris nostri ad columnam alligati imago, quam vertici (quod Solis simulachro non fecerat) imposuit in signum quoddam reverentiæ, & cultus. Grati illi fuerunt de S. Paulo, & Constantino Magno ad Christi fidem conversis sermones. Narravit viginti prope annos fluxisse, cum 30. infantes, priusquam voces primas formarent, certo loco concludi fecerit, adhibitis custodibus, ne nutrices in earum gremio lactentes ad loquendum pusiones provocantes propriam & nativam linguam edocerent: ut hoc experimento disceret, quo idiomate jam adultiores facti uterentur: quod illius gentis ritus, & leges sequi vellet, cujus lingua loquerentur: sed vanas has fuisse suas cogitationes & studia, quod nullus eorum distincte, & intelligenter verba formaverit: quare eo tempore nullam aliam à sua legem admisisse. Post multam tergiversationem, & contradicentium conatus potestatem nobis fecit Cambaiæ templum erigendi: Idem pro Sindo tentatum, impetrari non potuit, ob acres & vehementes, quas experti sumus adversantium reclamationes.

Nunquam desunt turbines, & effervescentes undæ, quantumcumque mare sedatum sit, & tranquillum. Nuper admodum excitata est turbida & plena periculi tempestas, parumque abfuit ne secta pestilens, & pernitiosa nove à Rege instituta vires majores accipiens victoriam reportaret. Res autem sic accidit. Armenus quidam Christianus (Si tamen ea mente homo Christianus) mortua Christiana uxore, ex ea

neptem volebat ſacrilegis nuptiis ſibi copulare, cumque inceſtui conſentire nollem, tentavit Regis interceſſione, aut imperio hoc à me impetrare, aut ſaltem facti diſſimulationem. Curavit igitur Rex nos advocari, cumque hujus tam ſubitæ evocationis cauſam ſuſpicaremur, precibus, & votis Deo factis, prout brevitas temporis permittebat, Domino nos commendavimus, certi, & parati potius vitam ponere, quam inceſtui, & flagitio conſentire. Itaque P. Emmanueli Pigneiro adjunctus ad palatium iter inivi, relicto domi Fratre noſtro Benedicto, qui tametſi Regiam fugiat, nihilominus cupide deſideravit ea nocte nobis eſſe ſocius, ut ſupplicii, & coronæ ob aſſertam veritatem eſſet conſors. Quo animo ſubſtitit in Aula diutius, dum certior factus tormentorum, & cruciatuum nobis intentatorum, tam fælicis ſortis, & gloriæ & ipſe eſſet particeps. Verum negotii alium, quam crediderat, exitum videns, convocatis, & in unum coactis pueris Chriſtianis, & catechumenis, factaque ad eos exhortatione, qua ad fortiter pro fide Chriſtiana occumbendum accendebat, voluntariæ verberationi longam, & piam precationem adjunxit, ut Dominus noſter animos, & vires ſubminiſtraret ad obſiſtendum iniquiſſimæ adverſariorum machinationi, quod Rex vehementer urgeret, ut Armeni inceſto flagitio conſentiremus. Qua in crimine aſperſa poſtulatione, rogavit Rex: Ecquodnam malum eſſet, ſorores duas in uxores accipere, & ſectam ſuam ſequi, quam amplexatus fuerat Armenus, ut quod Chriſtiano prohibeatur, Maurus conſequeretur. Reſpondi id eſſe, relicta via, quæ ad cælum ducit, inſequi eam quæ ad inferos protruderet, quare ipſum Armenum, & quemcumque alium, qui legem ejuſmodi complecteretur, indubie inferis devotos. Diſplicuit Regi tam audax, & intrepida reſponſio, quod hac, coram tota ſua Aula,

legem, quam adinvenerat, elevari videret. nihilominus moleſtiam, ac offenſionem conatus eſt diſſimulare, & vultus compoſitione, quem ſentiebat, occulere dolorem, atque animi acerbitatem. Quod ſi magna fuit, quam hæc loquendi libertas in animis circumſtantium excitavit admiratio, non minor certe apud eos ipſos fuit Euangelii authoritas, cum promptos, & paratos viderent, ad fundendum pro ejus aſſertione, & approbatione ſanguinem, longe alia quam quæ Mauris eſt conſtantia, qui ne leviſſimum incommodum pro legum ſuarum tuitione, & cuſtodia ſuſtinent. Res tota ad Principem delata fuit, qui Armeno ob fidem abnegatam ſuccenſuit, oſtenſo non obſcuris ſignis deſiderio caſtigandi hominem, prout ejus à Chriſto defectio promerebatur.

Die D. Iacobo ſacro adiens principem, Apoſtoli in Hiſpaniam adventum narravi, & B. Virginis Cæſarauguſtæ celebris miracula; quo etiam pacto idem Apoſtolus ſplendentibus armis apparens, territis ejus conſpectu, & in fugam verſis Mauris pauci Chriſtiani infinitam multitudinem cæciderint, ſingulari victoria de eis reportata. Cui narrationi ſubjunxit Princeps. Poſſumne hunc ſanctum videre? Ad quem ego: Facile C. T. videbit ſi Chriſto det nomen, & baptiſmi undis abluatur. Recreatus eſt etiam non parum, auditis ex me Sancti Chriſtophori moribus, & vita, & ut verbum unum alterum trahit, de arreptis, aut à dæmone obſeſſis incidit ſermo. Atqui, ait Princeps, horum inter Chriſtianos, quam Mauros major eſt numerus. Hujus (inquam) hæc cauſſa, quod cum Dæmon Mauros in ſuis manibus, & poteſtate habeat, non item Chriſtianos, his tanquam capitalibus inimicis, quidquid poteſt mali inferat, amicos, & ſibi devotos negligens. Ad urbanam hanc reſponſionem, qui præſentes aderant, ridere cæperunt, facete ac jocoſe dictum comprobantes.

Agit in hac Aula Adolescens annorum octodecim, Regis Badasciani filius, Principi, nuptiis filiæ, gener futurus: Hic mihi significavit, Principe sacris initiato, se eandem fidem (quam plurimum probat) complexurum. Neque absque causa, cum clarissime appareat, quam naturæ, & rationi sit conformis. Magnam præterea occasionem eam approbandi præbet cæcitas, cui hæc misera & infælix gens immersa est, quæ ut melius intelligatur, pauca quædam gentilis superstitionis huc referam, quæ varia est, & multiplex: nam quæ uni probatur, displicet, & improbatur alteri. Non procul ab hac urbe Taboro idolum, & simulachrum visitur, muliebri specie, quod Nazar Coto nominant: finguntque capitibus duobus, & sex, aut septem brachiis: una ex duodecim, aut quatuordecim, manibus hastam vibrat, alia clavam tenet. Hoc spectrum summe admirantur, eique supremum cultum exhibent, ad id longe lateque peregrinantur, & portentosa, ac prodigiosa quædam narrant, quorum tamen hæc summa; Plurimos linguam sibi præscindere, eamque sanam, & integram illis restitui, mutos tamen, & elingues, vocem, & loquentiam non recuperare, cujus hanc causam reddunt, quod malefici sint, & peccatores. Multi, (inepte, & admodum insulse) flatum, & spiritum, quem ducimus, animam putant. Alii affirmant res omnes eandem esse rem; Quidam solum Deum vere esse, & existere: cætera quæ videntur, & apparent, umbras tantum, & somniantium visa, ac oculorum ludificationes. Sunt qui quæcumque oculis subjiciuntur: sunt, qui cœlum, & totam hanc rotundam machinam, Deum putent; atque eo usque crevit aliquorum amentia, ut seipsos pro Deo habeant. Omnes prope animarum in diversa corpora, etiam ferarum, transitum, & commigrationem concedunt. Dicunt mundum ad quatuor sæcula duraturum, quorum

rum jam tria præterierint. Primum duravit septemdecim, ut ipsi loquuntur, Laches, & duo detriginta annorum millia (Laches centum millium annorum multitudinem explet.)

Homines ea ætate decem annorum millia vixisse, magna & præalta statura, nulla fraude, & fuco, sed summa virtute, & integritate. Eo sæculo ter Deum (ut cæci fabulantur) in terras venisse. Primum piscis figura, ut librum legis Bramæ, quem Causacar quidam in mare abjecerat, eductum mundo redderet. Deinde testudinis lutariæ forma, ut fluctuantem terram siccaret, & firmam ac solidam comprimeret. Vltimo porci specie ad reprimendam, adempta etiam vita, cujusdam superbiam, qui se Deum faciebat, tametsi alii eadem stultitia dicant, ut terram, quæ à mari absorbebatur, ex fundo educeret. Secundum sæculum permansit decem Laches, nonaginta duobus annorum millibus, & sex amplius annis. Qua ætate, homines eadem erant proceritate, & mille annis vivebant, venitque Deus quater in mundum. Primum omnium, animalis, aut monstri cujusdam forma: umbilico tenus leo, reliquo corpore fœmina. Venit autem vindicaturus se, de injuria, quam inferebat quidam Deum se mentiens, & divinos cultus, honoresque sibi usurpans. Præterea, ut, eo morte sublato, filium in libertatem assereret, qui ob negatum, quem ambitiose urgebat Deo debitum cultum de vita periclitabatur. Secundo in terras descendit pauperis, & abjecti Brachmannis vultu, pusillus, & pumilioni non absimilis, ad evertendum Regis cujusdam fastum, & insolentes conatus, qui ingeniose adinventa quadam industria, contra Dei voluntatem in cœlum salire volebat. Tertio mundum revisit indutus hominem Parcaram nomine, ut de Rege supplicium sumeret, qui pauperem religiosum interemerat, quod illi vaccam occidisset, quam Deus ad cœlum, cœlitesque transmisisset.

Tandem vero hominis vultu, & forma, cui Ram nomen Giocarat filii, qui Parcaram è medio sustulit, ducta in uxorem Cita, quam à Dascar, hoc est, decem capitum Rege Ceilano raptam, simiarum auxilio recepit, & vita Regem Dascar privavit.

Tertium sæculum stetit octo Laches, & quatuor annorum millibus, qua ætate, hominis vita quingentis annis definiebatur, Deusque bis mortalibus visus est. Primum ut homo Chisiu dictus, qui, Canec, & Chec potentes, & crudeles tyrannos, ac fratres interfecit, & mille sexcentas habuit uxores, ex quibus infinitæ proles natæ. tandem à piscatore noctu sagitta confixus fuit. Nam cum in arborem conscendisset, eminente, & nudata planta, cui affixa, vel inserta erat gemma lucidissima, piscator suspicatus avem esse, emisso jaculo trajecit, usus perlucidæ Petræ splendore tanquam scopo, in quem collimaret. Deinde comparuit homini alteri similis, Buthantar nomine, capite cineribus asperso, ut Ioghui assolent nigris vestitus; quo tempore fuerunt quinque fratres, armorum, & belli fama victoriaque gloria celebres, qui cum viderent tertium sæculum finiri, & quartum exurgere hominum nequissimorum, mori optarunt, quo in desiderio apparuit illis Deus, relictisque, & spretis Regnis in altissimum montem se receperunt, ubi dicuntur hodie vivere. Buthantar postea evanuit.

Quarta ætas durabit quatuor Laches, hoc est, quadraginta annorum millia, ex quibus fluxerunt quatuor millia sexcenti nonaginta duo anni. Ajunt hac etiam ætate venturum Deum: Volunt alii jam venisse, eumque esse Regem Acabar (quo nomine vocatur Rex Mogor hoc tempore regnans.) Has decem figuras, Deique apparentis formas quas Comu Autar nominant, præcipui eorum sapientes, vel, ut verius

dicam, totius hujus gentilitatis ignorantissimi, affirmant, ipsum Deum esse, rerum harum inferiorum formis vestitum: Alii, quos tanti erroris pudet, dicunt, non Deum, sed res creatas fuisse, quæ authoritatem, & potentiam à Deo acceperant. His fictionibus, & chimæris mille fabulas addunt, quarum pars maxima, Ethnicorum Salsetanorum delirationibus est persimilis. Facile animadvertunt miseri, & infælices, quot se erroribus, & contradictionibus involvant, sed ne fortunas, aut temporaria bona perdant, non possunt, aut non volunt se extricare.

Lahori hoc anno 98, desperata jam vita, morteque imminente, neque enim cum gens sit varia plane, & inconstans, aliter ad baptismum accedunt, aliquot, aquis piacularibus tincti sunt. Infirmi duo, qui de vita longiore despondebant obnixe petierunt hoc sacramentum sibi conferri, placuitque Domino nostro ablutis sanitatem restituere. Mauri aliunde huc filios suos salutariter mergendos apportarunt, qui recepto Sacramento, vita paulo post functi, in cœlum commigrarunt.

Christianos odio habent, & persequuntur Mauri, quod existiment tres Deos colere; sed ii quibus veritas, & sanctissimæ Triadis mysterium explicatur, satisfactum sibi credentes, cultum probant. Pænitentias, & quas à se Christiani pœnas exigunt, laudant, & Confessionem sacram admirantur. Quædam ex iis persona matura, & gravis, audiens hujus Sacramenti vi condonari peccata, ad pedes meos se abjecit, lachrymantibus oculis, vultu ad dolorem composito, adjurans me, ut confessionem exciperem, quod cuperet à gravi quodam crimine, quod juvenis admiserat, & cujus conscientia constricta tenebatur, absolvi. Cui respondi, huic malo baptismo occurri posse, quamobrem ablueretur, ut crimen simul elueret. sed consilium neglexit. Reverentur etiam & su-

ſpiciunt Mauri Euangeliorum librum, quare ex primis quidam, filium ægrum detulit, ut Euangelium legerem, quod Eccleſiæ inſtituto ſuper capita Chriſtianorum infirmorum legi ſolet, & quemadmodum olim urgente morbo acciderat, ſanitatem aſſequeretur, quod etiam, Domino propitio factum eſt.

Finem epiſtolæ huic faciet narratio, gratiſſima illis, qui omni ſtudio & induſtria proximi ſalutem quærunt. Aperitur magna porta ad infinitas animas Deo acquirendas, in remotiſſima totius Orientis parte, vaſtiſſimo videlicet, & ampliſſimo Cataiæ Regno, quod eſt in Tartaria. Sanctus Antoninus in hiſtoria ſua meminit quorundam religioſorum, quos Summus Pontifex Romanus, tanquam Oratores, & Legatos, in id Regnum miſit; Theatrum etiam mundi ejuſdem Regni mentionem facit: ad cujus Regiam urbem Lahor anno medio perveniri poteſt. Rex, & ſubditi prope omnes, ſunt Chriſtiani. Sunt & ibi Mauri, ac Iudæi illis immixti, ſed pauci. Ajunt plures eſſe Civitates, in quibus baptiſmi ritus celebrantur: nec deeſſe clericos, aut ſacerdotes, qui tamen pileis utantur paulo noſtris laxioribus. Salutant ſe manibus in crucem actis, & vertici impoſitis. Habent in ſuis templis, quæ in qualibet Civitate plura ſunt, & duodenarium, aut eo amplius numerum explent, Divorum imagines. Nec deſunt, qui Epiſcopi videntur, quos omnes Rex alit, & ſuſtentat. Patres filios ſuos Sacerdotibus in diſciplinam tradunt. Viſuntur ibi utriuſque ſexus homines, qui caſtam vitam agunt, & ab aliis ſejuncti vivunt, qui poſtquam matrimonii ſtatum adlegerunt, cum nuptiarum, & matrimonii dies inſtat, in cæmiteriis, & locis ſepeliendis corporibus deſignatis, juxta tumulos, & ſepulchra ritus, ac cerimonias celebrant, ſepulchrorum aditus, & clauſtra reſerantes, ut mortis recordentur,

quæ nulli parcit ne iis quidem, qui poſteris vitæ dant initia. Quæ omnia Principi recenſuit Maurus aliquis, qui tredecim annis in ea habitavit ditione, & Mecha revertebatur: ubi falſi, & impii Mahometæ monumento ducenta millia rupias, hoc eſt centum aureorum millia, in donum, & eleemoſynam reliquerat. Scripſi ad ea loca Luſitanice, & Perſice tribus diverſis viis, ut de veritate ſiam certior, magnoque animo reſponſionem exſpecto. Rogamus Dominum, ut in hanc ſuam vineam multos, & induſtrios laboratores mittere dignetur, ad laudem, & gloriam nominis ſui.

POſt abitum P. Hieronymi Xavier, qui Regem Agram verſus eſt ſequutus, quæ Civitas Lahoro trecentis milliaribus abeſt, in hac Regia Vrbe, Dei gratia, fructum aliquem fecimus, baptizatis 38. ex quibus tres fuerunt incolæ hujus Civitatis, profeſſione, & ritu Ethnici, qui, tametſi proximi, & amici obſiſterent, & ne Chriſtiani fierent, pugnarent, eamque ob cauſam frequentius conſilia, & clancularios conventus cogerent, veriti ne hæc profeſſio ſectæ detraheret, & magno eorum pudore contemptum, deſpicientiamque pareret: nihilominus conſtantes perſtiterunt, reportata de eorum conatibus, & dæmonis machinationibus victoria, & triumpho. Itaque ipſo Pentecoſtes anni hujus 99. cum pluribus aliis ſalutaribus undis eos publice ablui, ſolemni cerimonia, & feſto, ſtrata, & obtecta, qua huic ſacro agmini incedendum erat ramis, frondibus, & herbeſcente viriditate, via, plantatis utrimque arboribus, hac ut ratione viridicata, denſam opacamque ſylvam referret.

Egreſſi ſunt ex domo noſtra compoſito ordine, ſupplicantiumque in modum palmas manibus geſtantes, Chriſtianis

utrimque latera claudentibus. Præibant varii generis musica instrumenta, tympana, tubæ, buccinæ, tibiæ, factoque gyro quodam, & ambitu per stratum, & floribus consitum vicum, ad templum progressi sunt, quibus cum occurrissem injecto humeris amictu, & sacro pallio, eos excepi. Ad hanc pompam, apparatumque solemnem, huic Civitati novum, & insolitum, tam magna Ethnicorum multitudo occurrit, ut nescirem, quam in partem me converterem, tantusque erat strepitus, & murmurantis, ac acclamantis populi fremitus, ut sacro officio perfungi non possem: Tandem præmissis ante valvas consuetis cerimoniis in templum induxi, & magna alacritate, ac candidati hujus agminis consolatione, baptismo ablui. Varia, & observanda in hac sacratiori actione contigerunt, sed ne longius abeam, adolescentulæ cujusdam decimum sextum annum necdum supergressæ unicum afferam exemplum. Hæc igitur cum reliqua multitudine ad hos sacros, & solemnes ritus advolans, vidensque aliorum capita aquis aspergi, iis se inserens, publice petiit, eodem Sacramento expiari, sed cum de eorum numero non esset, quos ego in sacris fidei nostræ mysteriis, & doctrina Christiana instruxeram, judicaremque necdum satis institutam, respondi alio tempore ubi plus profecisset, &, quod instructioni deerat, obtinuisset, quod petebat, non difficulter impetraturam. Ad hæc illa voluntate ardens; Et quid mihi deest? Catechismum audivi, & quæ ad fidem spectant sum edocta, quare volo Christianis adjungi, neque ex hoc templo recedam nisi baptismum impetrem. Nec me fallebat, aut doctrinam mentiebatur: Cum enim cæteros Catechismo imbuerem explicata Christiana disciplina, aderat & ipsa non otiosa huic explicationi. Parui igitur contestationi, & precibus, ac sacra importunitate victus, data etiam, ut cæteris, in manibus

palma, baptizavi. Gratiæ nomine illi imposito. Verum domum reversa, clamoribus, contumeliis, omnique injuriarum genere, ob hoc factum, à suis excepta est: eoque furor, & rabies parentum progressa est, ut domo ejicerent, necessario victu privarent, templi accessu interdicerent, pœnam, acpulsationem gravem comminarentur si quid horum ad nos referret. Quibus visis Maurus quidam occasioni subserviens, eam voluit in uxorem ducere, sed Christiana adolescentula sacrilegis nuptiis obstitit, dicens se baptismo tinctam, & lege sanctiori prohiberi. Cum hæc ad aures meas pervenissent, curavi illam ad me vocari, quæ, repugnantibus etiam suis, confestim accurrit, breviter, & libere professa, etiamsi exuenda esset vita, futuram se constantem, neque unquam à fide Catholica recessuram. Certus itaque de ejus constantia ad ædes cujusdam Christiani matrimonio juncti dimisi. Interim Maurus, qui nuptias ambibat, magnos clamores, & turbas concitavit, adjutus in ea parte parentum puellæ variis molitionibus, eoque excrevit furentis audacia ut qui Industanorum ingenia, & naturam non cognovisset, non parum timore perculsus, & afflictus fuisset. Sed cum animadverterent parum prodesse denunciationes, & minas, quas objecto Regis imperio, & infamis Mahometi numine spargebant, ad hujus Vrbis Gubernatorem appellarunt, deposita apud eum plena stomachi & querelarum accusatione. Misit ergo ad me, qui de facto, & veritate informaret, voluitque ad se adolescentulam venire; prout casus ferebat examinandam. Audita Præsidis voluntate domum venit Maurus, multis stipatus, existimans se jam manibus tenere, quam ambiverat uxorem: Sed cautione quadam, & provisione declinatis insidiatoribus, fido comitatu, alia via ad Gubernatorem amandavi, dolente, & multum contristato Mauro.

Verum cum postmodum intelligerem varia esse quæ obtenderent argumenta, Iudicum fidem obtestantibus adversariis, quod factum Alcorano, Regiis legibus, contradiceret, adductis etiam in suam sententiam variis rationibus, præcisa omni mora ad eos accessi, visumque est Deo, ut tum appellerem, cum Gubernator multis quæstionibus adolescentulam probaret. Cui illa viriliter, & plusquam animo fœmineo: Christiana sum, nec hunc hominem pro marito agnosco: apprehensoque meo pallio: istum, inquit, pro Patre meo habeo. Rogata, cur Mahometi legem abjecisset; quod falsam, & plenam erroris, ait intelligerem, solumque Iesum Christum, verum esse Deum scirem. Vidisses ad hæc responsa stupentes, & attonitos cum Mauris Ethnicos, conspecta adolescentula infirmæ adhuc ætatis tam constante, tam in fide Euangelica firma, quasi cum lacte religionem imbibisset: neque tamen plures erant quam quadraginta dies, cum eam in disciplinam meam suscepissem. Itaque eo die de impio Mahometo, oppugnante & vincente sceleratum impostorem tenerrimâ juvenculâ, triumphavit Christus, perturbatis, & confusis adversariis. Eam igitur ad templum regressam cum viro Christiano matrimonio junxi. Neque quidquam ad has nuptias impediendas valuerunt lachrymæ aut Mauri voces, quibus jactabat se prius in mille partes discerpendum, quam debitam sibi uxorem dimitteret.

F I N I S.

عنصرهاي زبان فارسی

RVDIMENTA LINGVÆ PERSICÆ.

Authore

LUDOVICO DE DIEU.

ACCEDVNT

Duo priora capita Geneseos, ex Persica Translatione

IAC. TAWUSI.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officina Elseviriana, A° cIↄ Iↄ cxxxix.

Nobilissimis, Consultissimis, Amplissimisque
VIRIS,

Academiæ Lugduno-Batavæ

CVRATORIBVS

IOHANNI à MATHENESSE, Domino de Mathenes, Reviere, Op-meer, Soute-veen, &c. Equestris Ordinis ad Comitia Hollandiæ Delegato.

IACOBO CATS, Equiti, Præpotentum Hollandiæ West-Frisiæq; Ordinum Syndico.

IOHANNI CAMERLING, Equiti, Civitatis Delphensis Syndico.

GVILIELMO PAETS, J. U. D.
IOHANNI à GROENENDYCK,
ROBERTO à ROSSEM,
SIMONI à BAERSDORP, J.U.D.
} *Reip. Leydensis Coss.*

ET

IOHANNI à WEVELICHOVEN, J. C. Reip. Leyd. Syndico prudentissimo, & D. D. Curatoribus Academiæ à Secretis.

S. P.

Nobilissimi ac Amplissimi Viri,

EX quo me Lugduno-Batava Ecclesia ad Sacrum vocavit Ministerium, committendum non putavi, ut præsentem habens celeberrimam vestram Academiam, frustra in ea vixisse viderer. Revixit protinus, qui multum antea languebat, in linguas Orientales ardor. ubi grata mente adhuc recordor magni viri Thomæ Erpenii, qui studia mea Syriaca non parum juvit. præsertim debeo plurimum doctissimo viro Iacobo Golio, quem in Arabicis præceptorem habui, & adhuc habeo. His adjutus, tentare aliquid sum ausus, de progressu nihil desperans, quum nihil tam arduum esse scirem, quo non labore improbo assurgat mens cœlestis. Itaque temporis parcus, (nihil enim dedit nobis tempore melius mundi Creator, quumq; omnia aliena sint, tempus tantum nostrum est) quicquid à curis ac negociis Ecclesiastici muneris dabatur otii, hisce literis dedi. sic enim ani-

mo mecum reputabam, Neminem Ignaviâ immortalem fieri. quoniam Deus otiantes non adjuvat, nec ſidera ſegnibus offert. rectè cavent ipſi ignavi, ſibi ne invideatur. Eſt enim Otium vitæ caries, animi rubigo, mater nugarum, & virtutum omnium noverca. verbo: Amens fit mens, cum quieſcit. Cauſam qui vult, audiat Ennium:

Otioſo in otio, animus neſcit quid velit.
Imus huc, hinc illuc: cum illuc ventum eſt, ire illuc lubet.
Incertè errat animus, præter propter vitam vivitur.

Quamobrem, qui me à prima juventute Eccleſię ac ſacris conſecravi, agendũ mihi ſedulo judicavi, ne ab iis eſſem imparatus, quibus profuturum me Eccleſiæ ac ſacro-ſanctæ veritati arbitrabar. Hinc nati fuere nonnulli laborum meorum fœtus, quos ab aliquot annis Academia veſtra vidit. atq; hinc factum, ut à quinquennio, quum duo libri M.S. Perſici, quorum unus Hiſtoriam Chriſti, alter Apoſtoli Petri contineret, à Ieſuita apud Indos Mogolenſes conſcripti, in manus meas incidiſſent, non quieverit animus, donec in peregrinæ iſtius linguæ cognitionem magna aſſiduitate ac labore penetrans, intelligere libros iſtos, ac judicium de iis ferre poſſem. In quibus cum

Hiſtoriam Euangelicam, atque ipſam veritatem conſpurcari mirum in modum deprehenderem, utilem Eccleſiæ operam, neque à munere meo alienam facturum me cenſui, ſi in Latinam linguam converterem, & animadverſionibus notarem. Ad quæ ita me accinxi, ut, antequam Collegii Gallo-belgici regimen, præter Eccleſiaſticum munus, mihi injungeretur, omnia pertexta, & editioni adaptata eſſent. Percommodè equidem. duorum enim illorum difficilium munerum curis onuſto, nec otium fuiſſet, nec animus de altero illo labore, certe graviſſimo, vel cogitare. ſed quum jam eo uſque perductum eſſet opus, neque committendum ducerem, ut mihi aliiſque tantus periret labor, operam dedi, ut, quantum per utrumque munus licebat, ſubciſivis horis, datas Typographo ſcedas reviderem ac corrigerem, quodque nuper factum, publici juris atque uſus facerem. Neque enim nobis, ſed Reipublicæ atque Eccleſiæ nati ſumus. Neque viri boni & liberalis ſed impoſtoris officio fungitur, qui ſe occultat, ne hominibus proſit. Non enim, ut pecuniæ, ſic & ſcientiæ conſervatrix eſt avaritia. ſed qui literas ſuas magis abſcondit, is magis eas diſperdit. Etſi autem à rebus verba, &

ab Historiis Grammaticæ multum differant, neque si illæ nobis, etiam hæ conveniant, facile tamen ab iis, quorum maximè intererat, (Typographos dico) persuasum nobis fuit, paucis utiles fore nostros, quos diximus, labores, nisi ad linguam hanc peregrinam, cujus nulli hactenus, quod sciamus, extitere genuinis suis typis excusi libri, nulla dictionaria, nulla præcepta, aliquis saltem aditus per Grammaticam detur institutionem. Quocirca impetravit à nobis, & tantum non coëgit publica utilitas, ut quamvis plurimis jam & gravissimis occupationibus distenti, hæc tamen Grammaticæ Persicæ præcepta breviter adornaremus. Quæ cum, ut in aliis linguis, ita & in hac, ad Academiam proprie, quæ literarum seminarium est, pertineant, vobis, Nobilissimi, spectatissimiq; viri, quibus & Academiæ, & Collegii nostri, non contemnendi Academiæ vestræ membri, cura est commissa, dedicanda esse judicavi. tum ut vestra me adversus lividos malevolosque obtrectatores tueatur authoritas, tum ut, quanta mihi sit ad Academiam exornandam, studiaque juvanda promtitudo ac alacritas, penitus intelligatis. Plura, quibus nostro huic munusculo favorem vestrum conciliemus, non addi-

mus.

mus. nam & perexiguum est quod damus, & tamen, quantulumcunque est, non potest non esse gratum, cujus authorem jam dudum & adhuc gratum habere non dedignamini. Hoc unum spectamus, multis ut prosimus. prȩsertim, cui nati sumus, Ecclesiȩ Christi. Quamobrem, si quod, Viri Amplissimi, postulare à vobis laborum nostrorum premium licet, unum exposcimus, ut Ecclesiarum Gallo-Belgicarum Collegium, cui præsumus, cujusq; cura ab Illustriss. Præpotentibusq; Hollandiȩ ac Westfrisiæ Ordinibus vobis est commissa, quantum potestis, foveatis, juvetis ac promoveatis. meque deinceps amore vestro sic complectamini, ut quos sub vestro præsidio suscepi labores, alacriter lubenterque sustineam ac perficiam. Adsit regimini vestro Clementissimus Deus, vosque diu Academiæ sospites atque incolumes servet. Id vovet, qui est

Datum Lugd.-Batav.
XVI Aprilis, anno
cIↄ Iↄ c XXXIX.

N. N. & A. A. vestrarum

humillimus cliens

LVDOVICVS de DIEV.

Præ-

Præfatio ad Lectorem.

PRæmonendus es, Benevole Lector, Rudimenta nos hic dare, non plenam Grammaticam. Cum enim vertendis ex Perſico Chriſti ac Petri Hiſtoriis occuparemur, præcepta linguæ concinnare, ne in mentem quidem nobis venit, adeoq; de materia ad id congerenda neutiquam eramus ſolliciti. donec ad finem jam properante prelo, queſtus eſt Typographus, inacceſſam pleriſq; futuram hanc linguam, ac in ſuum damnum à librorum illorũ lectione atq; emtione abſtenturos, niſi per Grammaticam aditus pateret, ac via ſterneretur. quod ut facile fidem apud nos invenit, ita animum induxit, ut inter maximas plurimaſque quibus premimur, occupationes, obvia quæq; & maxime nobis perſpecta, prout temporis otiiq; ratio ferebat, comportaremus, & τοῖς φιλομαθέσιν *offerremus. quæ tamen talia ſunt, ut ſi cui pruriat animus, non tantum linguam à foribus ſalutandi, ſed & adyta ejus ingrediendi, habiturus hic ſit quæ manu eum ducant, efficiantq; ut ſponte ſua deinde inveniat, quæ à nobis ſunt prætermiſſa. Noli autem ſuccenſere, operamve noſtram ſugillare, ſi alicubi falſos nos aut hallucinatos deprehendas. qui enim hoc non ſit, quum primi hanc calcemus viam? naſcitur demum jam inter Europæos hæc lingua. patere, ut in nativitate ſua ſit tenella ac fragilis. fac tu, ut per te adoleſcat ac perficiatur. gratulabimur nobis, ſi noſtra opera ſic proficias, ut nævos noſtros deprehendas, carpas ac corrigas. Malè compenſatos nobis labores queremur, ſi quos docere jam aggredimur, paucos intra annos doctores ipſimet non habemus ac Magiſtros. Ita te Deus amet, ut nos ſtudiis tuis prodeſſe voluimus, & volumus.*

RVDI-

RVDIMENTORVM PERSICORVM,

Liber Primus.

De Elementis Linguæ Perſicæ.

EX quo Mahometiſmus Perſiam invaſit, Arabes ut religionem, ita characteres ſuos Perſis dedêre. Sic ut proprius antiquuſque ipſorum character nunc vulgo ignoretur.

Eſt ergo & conſonantium & vocalium eadem hîc ratio, quæ apud Arabes. ubi tamen hæc notanda.

1.

Literæ ث ح ص ض ط ظ ع غ ق in dictionibus verè Perſicis raro adhibentur. adeo ut, quæ harũ literarum aliquam habere deprehenduntur, Arabicæ dictiones fere omnes ſint habendæ. صَدْ *centum*, Perſicum eſt, etſi per ص ſcribatur. ſic & paucula alia, ſed paucula.

2.

ض & ظ eodem fere modo Perſis pronunciantur,

nempe ambæ ut s, ſeu ut Arabum ص. ut رِضْوَان riſwan *beneplacitum*. نَظْر neſr *intuitus*. cum apud Arabes ambæ pronuncientur ut D.

3.

د & ذ facile Perſis confunduntur. ut كُذَشْتَن & كُزَشْتَن *tranſire*. كُزَارِنيدَن & كُذَارِنيدَن *tranſire facere, offerre*. ut & ذ & د. ut كُذَشْتَن & كُدَشْتَن *tranſire*.

4.

Quatuor ſunt literæ, nempe ب ج ز & ك quæ in quibuſdam dictionibus pronunciantur ut apud Arabes, in aliis peculiari Perſis modo. nempe ب ut *P* Latinorum. ج ut دج. ز ut دز. ك ut غ. Tum autem diſcriminis cauſa pinguntur, پ چ ژ گ. Ex. grat. پَدَر pader *pater*. پا pa *pes*. چه dgih *quid?* pronunciato g more Gallico. چون djun *quum*, pronunciato rurſus j more Gallico, ſic ut valeat Arabum ج. مُزْد modſd *merces*. گُفْت gopht *dixit*. اَگَر agher *ſi*. سَوْدَاگَر Saudagher *Mercator*. In libris tamen M.S.

puncta illa diacritica interdum omitti videbis, & ſcribi بَدَر *pater*. جه *quid*. مُزْد *merces*. اَكَر *ſi*. Quia quibus lingua hæc eſt vernacula, norunt ipſo uſu, quomodo quæque vox ſonet. Quamobrem, perfectam hujus linguæ cognitionem adipiſci nemo noſtrum poteſt, niſi aut à Perſa inſtitutus, aut perfectum Lexicum nactus, verum literarum iſtarum ſonum in quaq; dictione aſſequatur. quod maxime in litera ك eſt neceſſarium.

Vt كَر ſi legatur Ker eſt *ſurdus*. ſi gher eſt *ſi*.

5.

Magnam quoque in libris M. S. parit difficultatem abſentia vocalium. Multæ enim dictiones, conſonantibus eædem, ſolis vocalibus diverſę, diverſa ſignificant. ut گِل ghil *lutum*. گُل ghul *roſa, flos quivis*. كَشْتَن Keſchten *vertere*. كِشْتَن kiſchten *ſeminare*. كُشْتَن koſchten *occidere*, &c.

6.

Quum vocales per literas اوي producuntur, nempe phatah per ا. keſra per ي. damma per و, promiſcuè eædē paſſim corripiuntur, abjectis literis اوي. Vt دَهَان & دَهَن *os, oris*. رَاه & رَه *via*. دِيه & دِه *pagus, ager*. بِگِيرَد & بِگِرَد *capiet*. بِيرُون & بِرُون

extra. دِیگَرْ & دِیکَرْ *alius.* بُودَنْ & بُدَنْ *fieri.* بِیَرُونْتو

& بِدَرَتْ *pater tuus.*

7.

Dictiones multæ consonantes quasdam promiscuè vel habent, vel amittunt. Idque tum in Fine, ut کُنَا & کُنَانْ *quum.* چو & چُونْ *infra.* فُرُو & فُرُودْ *faciens.*

Tum in principio: Vt اَبَرْ & بَرْ *supra.* اَگَرْ & گَرْ *si.* unde وَگَرْ *& si,* quod & abjecto گ dicitur وَرْ, unde وَرْنَه *& si non, alioqui.* sic pro اَزْ *ex, de,* sæpe est simplex زْ, ut زَانْ pro اَزَانْ *ex illo.* زِیَکْ کُوهَرْ اَنَدْ *ex una materia sunt*, pro اَزْ یَکْ.

8.

ب Præposita particula ب, sæpe in د mutatur Euphoniæ gratia. ut بَدُو *in illo.* بَدِینْ *in hoc.* pro بَاوُ & بَاینْ, quæ tamen quoque passim reperiuntur. Aut relicto ا inseritur د, ut بَدَانْ *in isto*, pro بَانْ.

9.

Prima dictionis vocalis, sequente immediatè vocali altera, plerumque ita leviter pronunciatur, ut quasi absorbeatur, & fere valeat scheva mobile Hebræorum.

ut گِرِیسْتَنْ cristen *flere.* گِرِفْتَنْ griphten *capere.* خْوَاسْتَنْ chwasten *velle.* خْوَانْدَنْ chwanden *vocare, legere.*

Porro, ut characteres Arabum sumpsisse sibi Persas diximus, sic & infinita vocabula Arabica sua fecerunt, præsertim Nomina, Participia, Infinitivos pro nominibus, & Adverbia. Verborum præteritis, Futuris & Imperativis Arabicis rarissimè utuntur.

Qui ergo linguam hanc addiscere cupit, præceptis linguæ Arabicæ imbutus sit, necesse habet. nemo enim hîc à nobis exspectet, quæ ex Grammatica Arabica sunt petenda. ver. gr. رُجُوعْ کَرْدَنْ *reversionem facere, reverti.* تَرْتِیبْ دَادَنْ *ordinem dare, ordinare.* اِقْرَارْ کَرْدَنْ *confessionem facere, confiteri.* اِنْتِظَارْ سَاخْتَنْ *exspectationem facere, exspectare.* مُنْتَظِرْ شُدْ *exspectans fuit,* &c. In his & similibus, رُجُوعْ esse Infinitivum primæ Conjugationis Arabum: تَرْتِیبْ secundæ. اِقْرَارْ quartæ. اِنْتِظَارْ octavæ. مُنْتَظِرْ participium octavæ conjugationis, nostrum non est hîc docere.

Monemus autem, Persas non solum Arabica vocabula separatim usurpare, & Persicis casibus, ac pluralium terminationibus notare, sed & cum suis nominibus

componere. ut خُوشْحَال *qui eſt boni ſtatus, lætus.* prima vox eſt Perſica, altera Arabica.

Notis Orthographicis Arabum utuntur quoque, excepto Weſla, quia ا unionis non habent. Gieſma & Teſdid, eodem modo hîc adhibentur, quo ibi. Niſi quod in vocabulis, quæ duas conſequentes conſonas vocalibus deſtitutas habent, ſolam ſecundam Gieſma notare ſolent. ut دَسْتْ deſt *manus.* شَرمْسَارْ *pudibundus.* Sed Hamza & Medda paulo aliter hîc habent. Hamza enim literæ ا mobili hîc non inſervit, ſed in fine vocum uſurpatur, præcipuè terminantium in ة, & fere valet ي. Medda, quæ apud Arabes tantum apponitur ا quieſcenti ante ء, idque producit, ut سَمَآء *cælum*, hîc etiam ا apponitur frequenter in principiis dictionum loco vocalis, quæ alia non apponitur, valetque duplex phatah ſive camets Hebrȩorum, *a* longum. Vt contra, quæcunque ab ا incipientia carent Medda, efferuntur per phatah, ſive *a* breve. ut אָמַדָן آمَدَنْ *venire.* אַחְכַּר اَخْگَرْ *pruna ignis.* Apponitur quoque in medio cuivis dictioni, ubi indicanda eſt eliſio quieſcentis ا. ut إِلّهْ pro إِلَاهْ *Deus.* آگهِي pro آگَاهِي *notitia.* نِگّهْ pro نِگَاهْ *obſervatio.*

LIBER SECVNDVS.

DE VERBO.

VERBO accidunt, Numerus, Perſona, Tempus, Genus, Conjugatio, Species, & Figura.

CAPVT I.

De Numero, & Perſona.

NVMERVS.

NVmerus duplex, Singularis & Pluralis. Duali carent, ſecus quam Arabes.

PERSONA.

Perſonæ tres, in utroque numero.

Genere non variat hîc perſona, ſed eadem flexione de mare dicitur & de fœmina, ut & apud Latinos ac Græcos, ſecus quam apud Hebræos, Syros atque Arabes.

Perſonæ diſtinguuntur terminationibus, deſumptis è verbo ſubſtantivo اَسْتْ, cujus hæc eſt flexio.

Pluraliter.			Singulariter.		
ſumus	*eſtis*	*ſunt.*	*ſum*	*es*	*eſt*
ايمْ	اِيدْ	اَندْ	اَمْ	اِي	اَسْت

Ālia tempora non habet.

Jungitur autem etiam nominibus, ſive ſeorſim integrè, ut پَاكْ اَسْتْ *purus eſt, &c.* ſive ſuffixum amiſſo ا. ut,

Plural.		Singul.	
puri sunt	پاکند	*purus est*	پاکست
puri estis	پاکید	*purus es*	پاکی
puri sumus	پاکیم	*purus sum*	پاکم

Eodem hoc modo, amiſſo nempe ا, ſuffigitur perſonis verborum per omnia tempora perſonalia, exemtâ tertia perſona ſingularis numeri, quæ flexionem ſuam hinc non deſumit, ſed in Præterito deſinit in ت vel in د. in reliquis temporibus ſemper in د.

Exempla terminationum perſonalium ſint nobis verba ſubſtantiva شدن ، بودن *eſſe, fieri.*

Plural.		Singul.	
fuerunt	بودند	*fuit*	بود
fuiſtis	بودید	*fuiſti*	بودی
fuimus	بودیم	*fui.*	بودم

Plural.		Singul.	
facti ſunt	شدند	*factus eſt*	شد
facti eſtis	شدید	*factus es*	شدی
facti ſumus	شدیم	*factus ſum.*	شدم

CAP.

CAP. II.

De Tempore.

TEmpora Perſis ſunt octo. Infinitivus. Præteritum perfectum. Præteritum imperfectum. Aoriſtus. Præſens. Imperativus. Futurum. Participium.

1. Infinitivus ſemper hîc deſinit in ن præcedente phatah, quod ut *e* pronuntiatur. ut & apud Belgas. ut بودن ، شدن *eſſe, fieri.* گفتن *dicere.* آمدن *venire.*

2. Præteritum perfectum incipit à tertia perſona ſingul. numeri, quæ formatur ab Infinitivo, abjecto ن cum præcedente phatah, in cujus locum ſuccedit Gieſma. ut بود ، شد *fuit, factum eſt.* گفت *dixit.* آمد *venit.* Non raro aſſumit præfixum ب in morem Imperativi ac futuri. ut, بمرد *mortuus eſt.* بگفت *dixit.* Vide in Imperat. & Futuro.

Tertia Præteriti ſingularis aſſumit aliquando ſuffixum ه, ſic ut nihil differat à partic. prçterito. reperies فرستاده pro فرستاد *miſit.* حکم کرده pro کرد *mandavit.* در هنکام که در دار بوده *tempore quo in patibulo fuit.* pro بود & alia multa. Reperies quoq; in eadem perſona, loco ه، ی. vide Hiſt. Chriſt. p. 23. lin. 18. 19. 20. & paſſim. adeo ut tum nihil differat ab

ejuſdem temporis perſona ſecunda. Sæpe id contingit, ubi pluſquamperfectum ſubjunctivi eſt enunciandum. ut بِهْ بُودِي اُورا *bonum fuiſſet ipſi.*

3. Præteritum imperfectum nihil differt à perfecto, niſi quod præfixam habeat particulam مِي, ſive ſejunctam, ſive copulatam. ut مِي بُودْ, vel مِيبُودْ *erat.* مِي شُدْ vel مِيشُدْ *erat, fiebat.* Pro مِي autem interdum eſt هَمِي.

4. Aoriſtus derivatur à præterito, ſed varia, inconſtanti, ac ſæpe peregrina flexione. ut mox videbitur. valet fere ſubjunctivum modum. ut à بُودْ *fuit*, بَاشَدْ *ſit.* à شُدْ *factum eſt*, شَوَدْ *fiat, ſit.*

5. Præſens, valet præſens Indicativi. nihil differt ab Aoriſto, niſi quod eodem modo, quo ſupra Imperfectum, aſſumit ſibi in initio مِي vel هَمِي. ut مِي بَاشَدْ *eſt*, مِي بَاشِي *es*, مِي بَاشَمْ *ſum.* مِي شَوَدْ *eſt.* مِي شَوِي *es.* مِي شَوَمْ *ſum.* aut conjunctim مِيشَوَمْ. & ſic de cæteris. Non raro tamen hoc ipſum tempus pro Futuro uſurpatur. quale eſt illud in Hiſtoria Chriſti, اگر بما فرزند مي دهي بعبادت خانه مي بريم وبه بندكي تو مي سپاريم. *ſi nobis filium daturus es, in*

cultus domum (id eſt, in templum) *portabimus, & ſervitio tuo trademus.*

6. Imperativus habet in ſingulari perſonas ſecundam & tertiam, in plurali omnes. Nihil differt ab Aoriſto, niſi in ſecunda ſingulari, quę à ſecunda Aoriſti formatur, abjecta ي formativa ſecundæ perſonæ, cum præcedente vocali, quæ in Gieſma mutatur. ut à بَاشِي & شَوِي, بَاشْ, شَوْ *eſto tu, fias.* ſic ab آيِي fit آيْ *veni.* à كُنِي fit كُنْ *fac.*

Quę vero, præter ي formativum ſecundæ perſonę, habent in Aoriſto aliud ي radicale, utrumque ſolent abjicere in ſecunda ſingulari Imperativi. ut ab آيِي fit etiam آ *veni.* à گُويِي fit گُو *dic.* ſic جُو *quære,* à جُويِي. شُو *lava.* à شُويِي. رُو *creſce.* à رُويِي. Cæteræ perſonæ eædem hîc ſunt quæ in Aoriſto.

Eſt autem Imperativus vel Jubens, vel Prohibens.

Jubens aſſumit plerumque in initio particulam بَه, eamque vel ſejunctam, ut بَه نِهْ *pone.* بَه رَوْ *ito tu*, vel conjunctam, ſed abjecto ه, & mutato phatah in Keſra. ut بِنِهْ *pone*, بِرَوْ *ito tu.* Excipe ſi prima radicalis ſit ب aut م, aut poſſideat damma. tum enim præfixum ب quoque habet damma. ut بُبَاشْ *ſis.* بُمِيرْ *morere.* بُكُنْ *fac.* quod ſi prima verbi radicalis

ſit ا, loco ه eſt ي. ut بِيَا *veni*, pro آ بَه ſæpe tamen particula illa omittitur.

Prohibens, loco به aſſumit particulas نَه vel مَه *non*. interdum quidem ſeparatim, ſed potiſſimum conjunctim. ut نَكُنْ *ne fac.* مَكُش *ne occide*. Quod ſi prima radicalis fuerit ا, mutatur, ut ſupra, ه in ي. ut مَيَا *ne veni*. Contingit id & alibi. ex. grat. in præterito. ut نَيَامَدْ *non venit*, pro نَه آمَدْ. Quin & in اَسْتْ abſorbetur ا. ut نِيَسْتْ *non eſt*, pro نَه اَسْتْ. چِيَسْتْ *quid eſt?* pro چِه اَسْتْ.

7. Futurum effertur dupliciter.

1. Per Aoriſtum, præpoſito به vel بِ ut in Imperativo. ut بَه شَوَدْ *erit*. بِبِينَمْ *videbo*. بِبَرَمْ *feram*. بِسَازِيمْ *faciemus*. بِكُنَدْ *faciet*, litera ب jam cum keſra, jam cum damma. ut in Imperativo. Contigit autem, omiſſo بِ, ſolum Aoriſtum pro futuro ſumi.

Vertitur quidem hoc tempus non raro Latinè per præſens vel Imperfectum ſubjunctivi, præcedente كَه vel تَا *ut*. ut مِي فَرْمَايَمْ كَه بِگُويَدْ *jubeo ut dicat*. فِرِسْتَادْ تَا بَه بِبِينَدْ *miſit ut videret*. re-

vera tamen futurum eſt, quia finis, qui intenditur, rem futuram dicit.

2. Per tertiam ſingularem præteriti, præmiſſo ſervili خُوَاهَدْ, qui eſt aoriſtus verbi خُوَاسْتَنْ *velle*. ſic ut præteritum maneat invariabile, varietur autem per perſonas خُوَاهَدْ. hoc modo:

Pluraliter.		Singulariter.	
erunt	خُوَاهَنْدْ بُودْ	*erit*	خُوَاهَدْ بُودْ
eritis	خُوَاهِيدْ بُودْ	*eris*	خُوَاهِي بُودْ
erimus	خُوَاهِيمْ بُودْ	*ero*	خُوَاهَمْ بُودْ

Sic in omnibus omnino verbis. ut خُوَاهَمْ گُفْتْ *dicam*. خُوَاهِيدْ آمَدْ *venietis, &c.*

8. Participium duplex, Præſens & Præteritum.

Præſens fit ab Aoriſto, idque duplici forma.

Prima Forma deſinit in ان, & derivatur à tertia ſingulari Aoriſti, mutata ultima conſona in ان. ut à رَفْتَنْ *ire*, aoriſt. رَوَدْ, partic. رَوَانْ *iens, ambulans*. quod & رَوَانَه aſſumto ه. ab اُفْتَادَنْ *cadere*, part. اُفْتَانْ *cadens, jacens*. à دَادَنْ *dare*. aor. دَهَدْ. partic. دَهَانْ *dans*. à تَابِيدَنْ *ſplendere*. aoriſt. تَابَدْ. partic. تَابَانْ

ſplendens. à تَرْسِيدَنْ *timere.* Aoriſt. تَرْسَنْد. particip. تَرْسَانْ *timens.* à پَرَسْتِيدَنْ *ſervire.* aoriſt. پَرَسْتَنْد part. پَرَسْتَانْ *ſerviens.* à كَرْدَنْ *facere.* aoriſt. كُنَنْد. particip. كُنَانْ *faciens, &c.*

Sæpe autem ن omittitur. ut أُفْتَا *cadens.* كُنَا *faciens.* دَهَا *dans, &c.* Paſſim illa in Pentateucho Perſico Tawuſi occurrunt. ſic شِنَاسَا *intelligens,* pro شِنَاسَانْ, à شِنَاسَنْد, qui aor. eſt à شِنَاخْتَنْ *intelligere.*

Secunda Forma deſinit in نْدَه ac derivatur à tertia plurali Aor. addito ه quieſcente in phatah. ut à كَرْدَنْ *facere,* كُنَنْد *faciunt,* كُنَنْدَه *faciens, factor.* à دَادَنْ *dare,* دَهَنْد *dant,* دَهَنْدَه *dans, dator.* à دَرِيدَنْ *diſcerpere,* دَرَنْد *diſcerpunt,* دَرَنْدَه *diſcerpens, fera.* à دِرَوِيدَنْ *metere,* دِرَوَنْد *metunt,* دِرَوَنْدَه *metens, meſſor.* à پَايِيدَنْ *firmiter tenere,* پَايَنْد *firmiter tenent,* پَايَنْدَه *firmiter tenens, conſtans, permanens.*

Præteritum Participium formatur à tertia perſona ſingulari Præteriti, addito in fine ه quieſcente in phatah. ut à بُودْ, بُودَه. à شُدْ, شُدَه.

Derivatur autem hoc Participium, vel à verbo Tranſitivo, vel ab Intranſitivo, ſive paſſivæ ſignificationis.

A verbo tranſitivo derivatum, promiſcuam habet ſignificationem, Activam vel paſſivam, quod verba ſubſtantiva, quibus jungitur, diſcernunt. Nam بُودْ & اَسْتْ ſignificationem ei dant activam. شُدْ paſſivam. ut كُشَادَه اَسْتْ vel بُودْ *aperiens fuit, aperuit.* كُشَادَه شُدْ *apertus fuit,* à كُشَادْ *aperuit.* نِهَادَه اَسْتْ vel بُودْ *poſuit.* نِهَادَه شُدْ *poſitus fuit,* à نِهَادْ *poſuit.* دَادَه اَسْتْ *dedit.* دَادَه شُدْ *datum fuit,* à دَادْ *dedit.* دَانِسْتَه بُودْ *cognovit.* دَانِسْتَه شُدْ *cognitum fuit,* à دَانِسْتْ *cognovit, ſcivit.*

Ab Intranſitivo, vel paſſivæ ſignificationis verbo derivatum, ſignificationem non variat. ut أُفْتَادَه *lapſus,* ab اُفْتَادْ *cecidit.* خَسْتَه *vulneratus,* à خَسْتَنْ *vulnerari, findi.* ita leges in Hiſt. Chr. خَسْتَه اَسْتْ *vulneratus eſt.*

CAP. III.

De Genere Verborum.

A Genere, verba sunt, vel

Transitiva. ut آوردن *adferre.* بردن *portare.* ديدن *videre.* vel

Intransitiva. ut آمدن *venire.* رفتن *ire.* مردن *mori.* vel

Passiva. ut كرديدن *fieri.* شدن idem. vel

Communia, id est, Transitiva, & Intransitiva seu Passiva simul. ut خستن *vulnerare* & *vulnerari.* آمادن vel آمودن *parare* & *parari.* كشادن *aperire* & *aperiri.* نمودن *ostendere* & *apparere.* آموختن *docere* & *discere.* آميختن *miscere* & *misceri.* Et alia multa. cujusmodi & nos Belgæ plurima habemus. ut sunt, **leeren/ hanghen/ menghelen / etc.**

Duo autem hîc sunt notanda.

1. Verba Transitiva ab Intransitivis & Passivis nec terminatione, nec conjugatione, nec conjugandi modo differre. adeoque solum usum hîc valere.

2. Persas uti frequenter verbis quibusdam servilibus, quæ participiis aut nominibus juncta, actionem & passionem circumscribunt. Ex plurimis quædam dabimus.

Verba servientia actionibus.

أست *est.*

أست sequens Participium Præteritum verbi activi, actionem præteritam denotat. Et hoc modo flectitur.

Plural.		Singul.	
fecerunt	كرده اند	*fecit*	كرده أست
fecistis	كرده ايد	*fecisti*	كرده اي
fecimus	كرده ايم	*feci*	كرده ام

Sæpe tamen hoc verbum substantivum mutat hîc suum ا in ي, ut sit

Plural.	Singul.
يند	يست
ييد	يي
ييم	يم

Est & ubi in secunda singulari pro يي reperies solum ء. Sic in Hist. Christ. reperies, چه كردهء *quid fecisti?* اكر تو اورا كرفتهء *si tu eum cepisti.* نهء *non es.* quæ legenda sunt per Kesra sub Hamza.

بودن *esse.*

Et hoc verbum, subjunctum præterito Participii verbi

verbi Trans. & Intranſ. actionem denotat, vel præteritam, vel præſentem, vel futuram, pro vario tempore verbi ſervilis. ut كرده بود *fecit.* آمده بود *vênit.* تا شك نداشته باشي *ut dubitationem non habeas.* شمارا اين داده ميباشم *vobis hoc do.* خواسته بباشيد *petetis.*

كردن *facere.*

Format verba activa, junctum

1. Participio præterito paſſivæ ſignificationis, ut خسته كردن *vulnerare.* آماده كردن *parare.*

2. Nomini. ut باور كردن *credere.* نگاه كردن *obſervare.* رجوع كردن *reverti.*

آوردن *adferre, potare.*

Vt هجوم آوردن *confluere, concurrere, cum impetu.* ياد آوردن *recordari.*

داشتن *habere.*

Vt پر داشتن *implere.* عجب داشتن *admirari.* دوست داشتن *amare.*

facere.

ساختن *facere.*

Vt تر ساختن *humectare.* روشن ساختن *illuminare.*

فرمودن *jubere.*

Vt بارش فرمودن *ſuperbire.* معلوم فرمودن *edocere.* كرامت فرمودن *largiri.* latiſſimè patet hæc phraſis.

خوردن *edere.*

Vt بازي خوردن *fallere.* تيمار خوردن *curare.* سوگند خوردن *jurare.* برهم خوردن *expaveſcere.* حيف خوردن *indignari.* Hinc & participia, سال خورده *annoſus.* تاب خورده *dolore affectus.*

زدن *verberare.*

Vt بانگ زدن *clamare.* جاروب زدن *verrere.* چاك زدن *findere.* جست زدن *ſaltare.* حرف زدن *loqui.*

بردن *ferre.*

Vt حسد بردن *invidere.* اعتقاد بردن *credere.* فرمان بردن *obedire.*

C 2 *Verba*

Verba servientia passionibus.

شدن *esse, fieri.*

Verbum hoc passionem format, subjunctum

1. Participio præterito cujusque verbi activi. Vt خوانده شد *lectum fuit.* خوانده مي شد *legebatur.* تا خوانده شود *ut legatur.* خوانده مي شود *legitur.* خوانده خواهد شد vel بشود *legetur.* خوانده شدن *legi.*

Observetur, pro شد sæpe dici شده است. sic شده اند pro شدند. & شده ايد pro شديد. & sic in cæteris præteriti personis. ut زاده شده است, *natus fuit.* متولد شده اند *nati fuerunt.*

2. Nominibus adjectivis. ut شرمسار شد *pudefactus est.* سنكسار شد *lapidatus fuit.*

3. Nominibus substantivis, tanquam adjectivis. ut اين نكاه شد *hoc observatum fuit.* او خجل شد *ille pudefactus fuit.* اين باور شد *hoc creditum est.* زمين بخش شد *terra divisa est.* propriè, *observatio, pudor, fides, pars facta est.*

كرديدن *fieri.*

Adjectivis & participiis subjunctum passiva facit. ut غمناك كرديد *contristatus est.* پر كرديدند *impleti sunt.* In Aoristo, تا شناخته كردد *ut agnosceretur.*

كشتن *fieri.*

Habet se eodem modo quo كرديدن. ut مدهوش كشتن *percelli.* نمودار كشتن *manifestari.* پوشيده كشتن *obtegi, obvelari.* نا پديد كشتن *disparere.*

يافتن *invenire.*

Junctum nominibus substantivis format passivum. ut پرورش يافتن *educationem invenire, educari.* قرار يافت *statutum, conclusum est.*

كرفتن *capere.*

Habet se ut يافتن. ut قرار كرفتن *stabiliri.* پيداي كرفتن *manifestari.*

آمدن *venire.*

Junctum nominibus Adjectivis format passivum. ut شاد آمد *lætatus est.* پدید آمدن *manifestari.* بشمار آمدن *numerari.*

CAP. IV.

De Conjugatione prima.

Conjugatio æstimatur ex Infinitivo. ubi omnibus verbis commune esse diximus terminari in ن.

Litera characteristica qua distinguantur est quæ ن antecedit. Estque vel ت vel د. quæ literæ, una cum subjuncto ن non sunt radicales, sed characteristicæ Infinitivi.

Hinc duplex existit Conjugatio.

Prima Conjugatio est, quæ facit Infinitivum in تن præcedente litera quiescente, seu habente Giesma.

Huc pertinent omnia verba, quorum ultima radicalis est una literarum خ س ش ف. ut ساختن *facere.* زیستن *vivere.* کشتن *occidere.* گفتن *dicere.*

Paradigma primæ Conjugationis sit

Infinitivus

ساختن *facere, ponere.*

Præteritum Perfect.

Plural. Num.		Singul. Num.	
fecerunt	ساختند	*fecit*	ساخت
fecistis	ساختید	*fecisti*	ساختی
fecimus	ساختیم	*feci*	ساختم

Observandum hîc, literam ت, & eam sequentes, per omnes personas, non esse radicales, sed characteristicas præteriti, tum Perfecti, tum Imperfecti.

Imperfectum.

Plural.		Singul.	
faciebant	می ساختند	*faciebat.*	می ساخت
faciebatis	می ساختید	*faciebas*	می ساختی
faciebamus	می ساختیم	*faciebam*	می ساختم

Aoristus.

faciant	سازند	*faciat*	سازد
faciatis	سازید	*facias*	سازی
faciamus	سازیم	*faciam*	سازم

Pluraliter.		Singulariter.	
	Præsens.		
faciunt	می سازند	*facit*	می سازد
facitis	می سازید	*facis*	می سازی
facimus	می سازیم	*facio*	می سازم
	Imperativus.		
faciamus	بسازیم		
facite	بسازید	*fac*	بساز
faciant	بسازند	*faciat*	بسازد
	Futurum.		
facient	بسازند	*faciet*	بسازد
facietis	بسازید	*facies*	بسازی
faciemus	بسازیم	*faciam*	بسازم

Participium,

Præteritum.

factus, vel *qui fecit.* ساخته

Præsens.

faciens. سازنده

Hanc flexionem ſequuntur omnia hujus Conjugationis verba. Niſi quod in Aoriſtis formandis magna ſit diverſitas. imo tanta varietas & incertitudo, ut uſu hîc potius quam præceptis ac regulis ſit ſtandum.

Juvabit tamen præcipua, quantum quidem obſervari à nobis potuit, regulis comprehendere.

Aoriſtorum primæ Conjugationis,

REGVLA I.

Quorum ultima radicalis eſt خ mutant illud in Aoriſto, vel

1. In ز. ut

ساختن	*facere.*	سازد
انگیختن	*extrahere, ſuſcitare.*	انگیزد
انداختن	*projicere.*	اندازد
تاختن	*perſequi.*	تازد
آمیختن	*miſcere.*	آمیزد
گریختن	*fugere.*	گریزد
ریختن	*fundere.*	ریزد
آویختن	*ſuſpendere.*	آویزد
پختن	*coquere.*	پزد
آموختن	*docere.*	آموزد

2. Vel in س . ut

شناختن	*cognoſcere.*	شناسد

3. Vel in ش . ut

فروختن	*vendere.*	فروشد

REGVLA II.

Quorum ultima radicalis eſt س varie illud mutant.

1. Quæ ante س habent damma, mutant س in ي, & damma producunt, aſſumto و quieſcente. ut

جستن	*quærere.*	جويد
شستن	*lavare.*	شويد
رستن	*creſcere.*	رويد

2. Quæ ante س habent Keſra, etiam mutant س in ي. ut

كريستن	*flere.*	كريد
زيستن	*vivere.*	زيد

3. Mutatur س in ن . ut

نشستن	*ſedere.*	نشيند & نشند
شكستن	*frangere.*	شكند

4. Mutatur in ز. ut

خاستن	*ſurgere.*	خيزد

5. In ه. ut

خواستن	*velle.*	خواهد
جستن	*ſaltare.*	جهد

REGVLA III.

Quorum ultima radicalis eſt ش ,

1. Retinent ش . ut

كشتن	*occidere.*	كشد

2. Mutant ش in ر. ut

داشتن	*habere.*	دارد
كاشتن	*ſerere.*	كارد
انكاشتن	*putare.*	انكارد
كذاشتن	*ſinere, relinquere.*	كذارد
كذشتن	*tranſire.*	كذرد

3. Mutatur ش in س . ut

نوشتن	*ſcribere.*	نويسد

REGVLA IV.

Quorum ultima radicalis eſt ف,

1. Mutant ف in affine ب . ut

يافتن	*invenire.*	يابد

2. In affine و. ut

رَفْتَنْ	*ire.*	رَوَدْ
بَافْتَنْ	*texere.*	بَاوَدْ
كَافْتَنْ	*fodere.*	كَاوَدْ

3. Abjicitur ف. ut

كِرِفْتَنْ	*capere.*	كِيرَدْ

4. Mutatur ف in ي. ut

كُفْتَنْ	*dicere.*	كُويَدْ

CAP. V.

De ſecunda Conjugatione.

SECVNDA Conjugatio eſt quæ facit Infinitivum in دَنْ.

Huc pertinent omnia verba, quorum ultima radicalis non eſt خ س ش ف Gieſmatæ.

Tempora & Perſonarum flexiones, eodem modo hîc ſe habent, quo in prima Conjugatione.

Niſi quod, ut in Infinitivo, ſic in Præterito, ultimam radicalem non excipiat ت ſed د.

Obſervandum itaque, in ſecunda Conjugatione, tertiam ſingularem Præteriti convenire terminatione literæ د cum tertia ſingulari Aoriſti, Præſentis & Futuri.

turi. Hoc tamen diſcrimine, quod in Præterito litera د maneat per omnes perſonas, tanquam Characteriſtica temporis, in cæteris autem, ſolam formet tertiam ſingularem, tanquam characteriſtica perſonæ, plane ut in prima Conjugatione. quod monitum volumus, quia ſingularem poſthac habebit uſum.

De Aoriſtis ſecundæ Conjugationis.

Ut in prima, ita & hîc in Secunda Conjugatione, magna eſt Aoriſtorum varietas & incertitudo. Ad regulas tamen quaſdam, quantum poſſumus, ſi non omnia, præcipua ſaltem redigere conabimur.

REGVLA I.

Infinitivi diſſyllabi, unam tantum habentes radicalem, loco ſecundæ aſſumunt in Aoriſto,

1. و, Si radicalis habeat damma. ut شُدَنْ *eſſe.* شُوَدْ

2. ن, ut زَدَنْ *verberare.* زَنَدْ.

REGVLA II.

Infinitivi diſſyllabi habentes pro ſecunda radicali ا quieſcens, mutant illud in Aoriſto,

In ه. ut دَادَنْ *dare.* دَهَدْ.

Plures hujus ordinis mutationes jam non obſervavimus, neque otium fuit diligenter inquirendi. facile erit cuivis diligenti, quæ occurrent, annotare.

REGVLA III.

Infinitivi diſſyllabi habentes pro ſecunda radicali ي quieſcens,
Aſciſcunt ن poſt ي. ut

چیدن	*colligere.*	چیند
دیدن	*videre.*	بیند

ubi illud eſt anomalum, quod etiam prima radicalis د mutetur in ب.

REGVLA IV.

Infinitivi duarum aut plurium Syllabarum, ultimam radicalem habentes Gieſmatam, mutant Gieſma in vocalem phatah, idque vel

1. Sine ulla alia mutatione. adeo ut tertia ſingularis Aoriſti à tertia ſingulari præteriti nihil differat, niſi ſola illa vocali. ut à

خوردن	*edere.*	præt.	خورد	Aor.	خورد
بردن	*ferre.*	præt.	برد	Aor.	برد
ماندن	*manere.*	præt.	ماند	Aor.	ماند
خواندن	*vocare,*	præt.	خواند	Aor.	خواند

unde regulariter eſt Imperat. خوان *voca.* Sed accedente ب fit irregularis بخواه *voca.*

dejicere.

افکندن *dejicere.* præt. افکند Aor. افکند.

2. Cum aliqua conſonantium mutatione. ut

آمدن *venire.* آید . unde regulariter fit Imperat. آی *veni.* ſed præfixo ب vel م fit irregularis, بیا *veni.* میا *ne veni.*

کردن	*facere.*	کند
مردن	*mori.*	میرد
سپردن	*tradere.*	سپارد
آوردن	*adferre.*	آرد.

pro quo & آورد ſed eadem pronunciatione: vau quieſcente in Medda. ut & Imperat. آر & آور *ad fer,* eadem ſimiliter pronunciatione.

REGVLA V.

Infinitivi trium aut plurium Syllabarum, habentes ante دن aliquam ex literis اوی quieſcentibus, regulariores cæteris habent aoriſtos.

I quieſ-

ا

ا quiescens Infinitivi, adeoq; & Præteriti, abjicitur in Aoristo, ut

افتادن	*cadere.*	افتد
ایستادن	*stare.*	ایستد
نهادن	*ponere.*	نهد
فرستادن	*mittere.*	فرستد

و

و quiescens Infinitivi, adeoque & Præteriti, mutatur in Aoristo in ا quiescens sequente ي mobili. ut

نمودن	*ostendere.*	نماید
آزمودن	*tentare.*	آزماید
آسودن	*quiescere.*	آساید
فرمودن	*præcipere.*	فرماید
افزودن	*crescere.*	افزاید
ستودن	*laudare.*	ستاید
کشودن	*aperire.*	کشاید

ي

ي quiescens Infinitivi, adeoq; & Præteriti, abjicitur in Aoristo. ut

fieri.

کردیدن	*fieri.*	کردد
کرویدن	*credere.*	کرود
بخشیدن	*donare.*	بخشد
نوشیدن	*bibere.*	نوشد
ترسیدن	*timere.*	ترسد
برکزیدن	*eligere.*	برکزد
بالیدن	*crescere.*	بالد
طلبیدن	*postulare.*	طلبد
زاییدن	*parere.*	زاید
پرستیدن	*servire.*	پرستد
پرسیدن	*interrogare.*	پرسد
پوشیدن	*tegere.*	پوشد
فهمیدن	*intelligere.*	فهمد
باریدن	*pluere.*	بارد
انکیزانیدن	*erigere.*	انکیزاند
رسیدن	*venire.*	رسد

رسانیدن	*venire facere.*	رساند
سوزانیدن	*incendere.*	سوزاند

Excipitur ab hac regula,

آفریدن *creare.* quod non facit آفرن ſed آفریند aſcito ن.

Notandum autem, in poſtremo hoc verborum ordine, ſecundam pluralem Aoriſti nihil omnino differre à tertia ſingulari præteriti. ut

گروید	*credidit*, & *credatis.*
ترسید	*timuit*, & *timeatis.*
رسید	*venit*, & *veniatis.*
پرسید	*interrogavit* & *interrogetis.*

& ſic de cæteris omnibus.

Notandum quoque, eſſe quædam poſtremi hujus ordinis verba, quæ ex participio, nomineve, & verbo ſubſtantivo آستن compoſita, ad primam etiam conjugationem pertinent, & tamen in utraque conjugatione, ut eandem ſignificationem, ſic eundem habent, & quidem hujus ordinis, Aoriſtum. ut

دانستن & دانیدن	*ſcire.*	داند

poſſe.

توانستن & توانیدن	*poſſe.*	تواند
